te oputa ꝓdiuisse. Jtē reddes rōez de ẏbis q̄lic̄ ꝓtulisti. Ma. xij. De oi ẏbo ocioso qđ locuti fuerint hoies super terrā reddēt rōz in die iudicij. Grego. Uerbū ociosum ē qđ caret aut rōe iuste necessitatis aut intentione pie vtilitatis. Si rō reddēda est de ẏbis q̄ſine vtilitate vel necessitate ꝓferūtur. Quid erit de ẏbis scurrilibus inuidiosis. detractorijs turpib⁹ q hiis filibus Jtē rōez reddes de cogitationib⁹ malis q̄lic̄ in his delectat⁹ fuisti Job. xxxi. Nōne vias nras ꝑsiderat de⁹ q gressus meos dinumerat. Glō sic deus vni⁹ cuiusq; vias ꝑsiderat sic gressus dinumerat vt nec minutissime cogitatiōes nec tenuissima ẏba q̄ apud nos ē temptatio indiscussa permanet. Sz dicis cogitationib⁹ turpibus resiste re nō valeo. qñ ih aduenīūt toto cozđ doleo nūq̄đ ꝓ his dānari debeo. absit. Quātūcūq; enī turpes fuerint cogitationes si nō cō sentis ꝙ q̄ntū potes resistis nocere tibi ñ poterunt. Si āt eis ꝑsentires vel q̄ntūcūq; in te ē resistere nolles periculose eēnt tibi Gre. Quātūcunq; imunda sit cogitatio mentē nō polluit si rō nō consentit. Jtē rōez reddes de bonis tpalib⁹ q̄lr̄ ea ad honozē dei expēdisti sicut oñdit Lu. xvi. vbi legit de villico qui dispensauit bona dñi sui cui dēz est. Redde rōez villicatiōis O q̄t adhuc in mūdo sunt q̄ bō dñi sui dissipāt. Tales sūt q̄ bona tpalia ad hōzem dei nō expendūt tales deo rōez reddēt. Si tu talis es q̄ti times ꝓ dissipatione bonoꝝ dānari. Fac sicut villicus ille fecit. Fac cū debitozib⁹ dñi tui. i. cū pauperibus qui bō tpalia ꝓ amoze dei oblata recipiūt. misericozdiā vt possis inuenire gr̄az. Audi q̄đ ibiđ dr̄. facite vobis amicos de māmona iniquitatis vt cū defeceritis recipiāt vos in ekna tabernacula. sic patz terciū. ¶ Quarto veiet xp̄s ad iudiciū tanq̄ iudex ad sententiandū. Apoc̄. i. Ecce venit in nubib⁹ q videbit eū ois oculus q qui eū pupugerūt q plāgent se sup eū ois trib⁹ terre. Attende q pōdera ẏba. Ecce inq̄t venit i nubib⁹ vbi inuit ꝙ in ptāte magna veniet qz nubes q̄ſi firmamētum subseruient ei. sicut enī in nubib⁹ ascēdit sic in nubib⁹ descendet. Act. j. Sic veniet q̄admodū vidistis eū euntē in celū. Et vt dicit Bonauētura sup q̄rtū sentēciaꝝ. Sedebit in loco eminētiozi aeris ꝓtra montē oliueti vñ ceteri ipm videre possint. Et ꝑm petrum. Hoc erit in illo loco aeris vbi apli eū vltimo viderūt cum ascēderet. Ecce in q̄nta maiestate veniet. nec sol⁹ imo oēs angeli

ei⁹ ꝙ sancti cū eo. Matħ. xxv. Cū venerit filiꝰ hois ī maiestate sua ꝙ oēs angeli ei⁹ cū eo tūc sedebit in sede maiestatis sue ꝙ congrega bunt añ eū oēs gētes ꝙ separabit eos ab inuicē sicut pastor segregat oues ab edis ꝙ statuit q̄dē oues a dextris. edos āt a sinistris Ecce in q̄sta maiestate veniet qz in nubib⁹ cū scis oibus sedebit i aere oēs ad iudiciū veniēt. bonos a malis separabit. In p̄mo āt aduentu venit cū humilitate ysa. ix. Paruul⁹ natꝰ est nobis filiꝰ datus ē nobis. iacuit in p̄sepio. Lu. ri. Inuenietis infantē pānis inuolutū ꝙ positū in p̄sepio. Itē veniet manifeste. p̄s. Deꝰ nr̄ manifeste veniet ꝙ nō silebit adeo manifeste ꝙ ois homo eū videbit Boni eū videbūt nō solū in forma hūanitatis ꝫ etiā in forma diuinitatis vt gaudeāt. Reprobi aūt videbūt soluz in forma humanitatis. yſiō. In forma in q̄ iudicaturus est videbūt mali vt doleant. In forma diuinitatis nō videbūt ne gaudeāt. Sz ī qua forma videbūt sancti. In forma gloriosa qualē nūc hñt in celo yſiō Quāuis sit benignꝰ p̄n veritatē tñ apparebit reprobis terribilis In aspectu. n. eius mali multū confundent ꝙ nō poterūt sustinē vultum eiꝰ ꝓpter remorsum sciētie ꝙ expectatiōez sentencie. Sz ecō tra boni delectabunt. sicut enī aspectus lucis delēat oculū sanū ꝙ contristat oculuz egrū. sic forma humanitatis christi gloriosa in die iudicij bonos delectabit ꝙ malos contristabit. Sic ergo veniet ad iudicium manifeste qui in mundū primo venit occulte Sap̄. xviij. Cum quietum silentium tenerent omnia ꝙ nox in suo cursu medium iter perageret omnipotēs sermo. t. deo exiliens de celo a regalibus sedibus venit. vnde p̄mus aduentus paucis. s. pastoribus ꝙ tribus magis reuelatus est. ideo aūt occulte venit qz a paucis cognoscendus erat. i. Cor. i. Si enī cognouissent nūquā dominum glorie crucifixissent. Ad iudicium autē veniet manifeste quia cognoscetur ab omnibus. p̄s. Cognoscet dominus iudicia faciens. Cū magna seueritate ab omnibus peccatoribus metuendus quia plangent se super eum omnes gentes ꝙ tribus terre. Apocalip̄. vi. Reges terre ꝙ principes ꝙ tribuni ꝙ iudices fortes et omnis seruus ꝙ liber abscondent se in speluncis ꝙ cauernis montium ꝙ dicent montibus ꝙ petris cadite super nos ꝙ abscondite nos a facie sedentis super thronuz ꝙ ab ira agni quoniam venit dies magnus ire ipsius ꝙ quis poterit stare. ¶

In ꝑmo aũt aduentu venit cũ magna trãquillitate in cui⁹ signũ xp̃o nato angeli clamauerunt. Gloria in excelsis deo. Et in terra pax hominib⁹ bone vo. Quã pacem ocedat nobis xp̃us in terra vt ad eternã pacẽ peruenia⁹ in celis. Amẽ. ¶ De nãtate xp̃i. Sermo.

INuenietis infantẽ pannis inuolutũ ꝙ positum in p̃sepio. Luc. ij. In his ẏbis circa natiuitatẽ xp̃i quatuor describunt. ¶ ꝑmo tangit natiuitatis christi vtilitas cuz dicit inuenietis. ¶ Scõdo nascentis humilitas cum dicitur infantez. ¶ Tercio ipsius penalitas cum dicit pannis inuolutũ. ¶ Quarto eius paupertas. cũ dicit i p̃sepio positũ. ¶ Primo dico ꝙ tangitur natiuitatis xp̃i vtilitas cũ dicit inuenietis. Ecce q̃sta vtilitas est inuenire eũ in quo tota salus nostra est. Jp̃e ei dicit ꝓuer. viij Qui me inuenerit inueniet vitã ꝙ hauriet salutẽ a dño. Hunc saluatorem antiqui inuenire nõ potuerunt. Lu. x. Multi reges ꝙ ꝓphete voluerunt videre que vos videtis ꝙ nõ viderũt ꝙ audire q̃ vos auditis ꝙ nõ audierũt. ¶ Nõ ꝙ antiqui nõ potuerunt inuenire hunc saluatorẽ qz absconditus fuit in celo. ysa. lxv. Vere tu es deus absconditus vbi absconditus. in celo vtiq̃ qz tunc erat occultissim⁹ ꝙ toti generi hũano clausus ꝓpter qõ nullus potuit accedere vt saluatorẽ ibi quereret. ideo clamauit solũmodo. Cã. viij. Quis mihi det te fratrẽ meũ sugentem vbera matris mee. s. beate virginis q̃ mater est fideliũ omniũ vt inueniaz te foris et deosculer te. i. reconcilier t̃. q. d. q̃diu absc̃ditus es ꝙ clausus es in celo inuenire te nõ possum. ꝫ rogo vt in mundum venias foꝛ. q̃ appareas vt te inuenire valeã. ꝙ ꝙ factũ est. Venit eni in mũdum nec voluit nasci in regalis cubiculi secreto. sed in cõi diuersorio vt omnibus pateret accessus. vñ in hodierno euãgelio dicitur Reclinauit euz in p̃sepio qz non erat illi locus in diuersorio Curre ergo festinanter cum pastoribus vt possis inuenire puerũ totius mundi saluatorẽ. ¶ Scõdo dico ꝙ inuenire non potuerunt qz via nõ pãtuit qz deserta fuit vepres peccatoꝝ succreuerũt i ea iõ omnes errauerũt. p̃s. Errauerunt in solitudine in inaquosa. .i. in mũdo a cultura dei deserto vel ꝓpter defectũ gracie arido. viam ciuitatis habitaculi nõ inuenerunt. Sz ecce nato dño via ab angelo ostenditur cuz dicit Ecce euãgelizo vobis gaudiũ magnũ qõ erit oi ꝑplo qz nat⁹ ẽ nobis hodie saluator mundi qui est

xps in ciuitate dauid. Ecce qz patent oñdit angel⁹ viã puenien/
di ad saluatorẽ qm viã oliz null⁹ inuenire poterat. Curre ergo se
cure qz via mõ pz q ne timeas insultũ latronũ qz pax nunciat ti
bi cũ dr Gla in excelsis deo. q in ẽ. p. ho. bo. vo. Quis nõ currẽt
p talẽ viã vbi tñ bonũ inuenit. s. hois saluatio vbi via tã patent
oñdit p quã tã secure itur. Tercio dico qp inuenire nõ potuerũt
qz lux defuit. Can. iij. In lectulo mõo per noctẽ quesiui quẽ diligit
aia mea. qsiui q nõ inueni. Nec mirũ si nõ inuenit. quem p noctez
qsiuit. Adhuc enĩ sol iusticie nõ fuit ortus. tenebre ãt cecitatis re
pleuerãt terrã ysa. lx. Ecce tẽbre operient terraz q caligo pplos.
ẽz certe mõ tenebre cessauerũt qz sol iusticie ort⁹ est. qre mõ q iue
nies qp di. aia t. ysa. lx. Surge q illuminare ihrlm qz venit lu. tu
q gla dñi sup te orta ẽ. In hui⁹ signũ nato dño lux maxima cir/
ca pastores appauit. p quã signabat qp lux vera descẽderat que
illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. sic patet
primum. Secundo tangitur nascentis humilitas. cum dicitur
infantem. O qnta humilitas qui celum q terram sua dinitate im/
plet. hodie in specie vagientis infantuli apparet. Vis scire qz hu/
milis fuerit considera humilem matrem de qua nasci voluit. Lu.
i. Respexit humilitatem ancille sue. Cõsidera humile corp⁹. i. puuz
qd hodie habuit. ysa. ix. Paruul⁹ natus ẽ nobis q filiꝰ datus est
nobis. Cõsidera qliter natiuitatẽ suã pastoribꝰ pmo nunciari fe
cit. Considera cor humile qd gessit. Matth. xi. Discite a me qz mitis
sũ q humilis corde. Considera humilẽ mortẽ qtã p nobis tanõ
sustinuit. Phil. ij. humiliauit semetipm factus obediens vsqz ad
mortẽ. mortem autem crucis. Necessarium autem erat vt per hu
militatem christi reuocaremur ad patriã qui per superbiam ade
fueramꝰ electi. o homo vide humilitatẽ paruuli ihu q humiliare
secũ in terra vt possis ad eiꝰ gloriã puenire in celis. Audi ipm di
centẽ. Ma. xviij. Nisi uersi fueritis q efficiamini sicut paruuli nõ
intrabitis in regnũ celorũ. Tercio tangit penalitas cuz additur
pannis inuolutũ. Putas ne qp membra illa tenerrima poterant
tractari pannis inuolui q ligari sine pena q dolore paruuli. Pu
to qp nullomodo. imo credo qp multos vagitus emisit. Multas
lacrimas fudit cũ sic inuolueretur q quis hoc nõ possit oñdi q
põt exẽplificari de puulo xpo. Karo ei vl nũqz vidi infãtẽ pãnis

alligari nisi vagiret ꝙ fleret. Vñ canit ecclesia de paruulo xpo. Vagit infans inter arta positus presepia. membra pānis inuolu ta. ẏgo mater alligat ꝙ manus pedesqꝫ stricta crura stringit fas cia. vnde ipe xpus poterat dicere illud Sap. vij. Primā vocē si/ milem omnibus emisi plorans in volumentis nutritus sum ꝙ curis magnis. O qꝫtam curā adhibuit beata virgo ne lederet in fantulum cū pannis eum involueret cuꝫ manus eius ꝙ pedes li/ garet. Sꝫ qꝫtuncunqꝫ adhibuit diligentiā nō credo ꝙ sine dolo/ re ligari potuit qui tam tenerrima membra ꝙ passibilia habebat Cū ergo involutus pannis in psepio iaceret si loquelaꝫ habuissꝫ potuisset dicisse ẏbum Job. xvi. Nunc oppressit me dolor meus ꝙ in nihilum redacti sunt omnes artus mei ꝙ hoc ideo qꝛ ita liga/ tus fuit ꝙ membra mouere nō poterat. O homo iā ꝓ te penā su stinuit vt te ab eterna pena liberaret. Jam pro te ligari voluit vt te a vinculis peccatoꝝ absolueret. ¶ Quarto tangit paupertas nascentis xpi cū dicitur ꝙ positum in psepio. O ineffabilis paup tas filius pastoris nascit ꝙ cussin⁹ de plumis ei substernit. Fili⁹ dei nascit ꝙ ad duꝝ psepium reclinatur. ps. Paup sum ego ꝙ in laborib⁹ a iuuētute mea. ꝓ te xpus laborare cepit dure iacēdo in ẽra vt te ad eternā quietē ꝓduceret in celo. Vis scire qꝫ paup Audi. paup erat hospicio. paup in vestimēto. pauper in cibo pau per i strato. ꝓmo pauper hospicio fuit qꝛ in stabulo nat⁹ fuit. vñ canit ecclesia Stabulo ponit ꝙ otinet mundū. Ber. Vide qlitez ꝓ te fact⁹ ē qꝛ si rex vbi aula regia. vbi thrōi sublimitas vbi curie regalis frequētia. Ecce aula regia stabulū. thrōi sublimitas psepiū Curie regal frequētia maria ꝙ ioseph. Scdo erat pauper in vestimēto qꝛ vilib⁹ pānis inuoluebat. O mira paupertas. fili⁹ re/ gis altissimi nascit. operimēto vili inuolit. purpura defuit varia pellicia ẏgo nō habuit vir viles pāniculos collegit qbus dilectū ifantulū ne frigore lederet inuoluit. Ber. O hō qd sollicit⁹es de re gali edificio cū de⁹ tuus iaceat in psepio. ꝙ nō fit ei loc⁹ in diuer sorio. qd cogitas de vestimēto. Ecce xps inuolut⁹ est vili pānicło. qd laboras de superbo collegio. saluator iacet cū boue ꝙ asino. qd anxiaris de dñio. rex gle ioseph ꝙ marie obedit iperio. Tercō pauper erat i cibo qꝛ modico lacte nutrit⁹ ē. vñ cāit ecclia. ⁊ no iacē pertulit psc. ñ abbor. par. qꝫ lacte past⁹ ē per quē ales ñ su.

Ver.ibi.s.in xp̃o agnoscit.lux nõ lucẽs aqua sitiens.panis esuri
ens.videas ꝙ attẽdas potentiã regis.sapiaꝫ instrui.v̊tutẽ susten
tari deũ deniqꝫ lactantẽ.ꝫ angelos reficientẽ.vagientẽ ꝫ miseros
ꝺsolantẽ. ¶Quarto erat paup in strato O qꝫ duꝛ stratũ habuit
nõ legit pl⁹ habuisse qꝫ modicũ fenũ ꝙ duꝛ p̃sepiũ.certe qui celũ
ꝙ terrã creauit.q̃ plumas auib⁹ dedit nõ legit vnã habuisse plu
maz ad quã debile ꝙ teneꝛ caput posset inclinare.Lu.ix. vulpes
foueas hñt ꝙ volucres celi nidos.fili⁹ ãt hois ñ hz vbi caput su
um reclinet.supple ad ꝺmoduz.Ecce qꝫ paup fuit xp̃s oẽm hanc
pauptatẽ p te sustinuit.iõ omni mẽtis deuotione hodie ipi⁹ pau
pertatẽ recogita.zach.ix.Exulta satis filia syon iubila filia Jhe/
rusalẽ.i.anima christiana deuota.ecce reꝛ tuus veniet tibi iustus
ꝙ saluatoꝛ.Jpe paup vtiqꝫ p te vt te diuitẽ faceret.ij. Coꝛ.viij.
Scitis gratiã domini nr̃i ihu xp̃i qm̃ propter nos egen⁹ fact⁹est
cũ esset diues vt illi⁹ gratia diuites vos essetis.h supple p gratiã
ꝙ in futuro per gloziam ad quaz nos dñs nr̃ ihus xp̃s ꝓducat. ¶De codẽ.
Yo ij⁹.

Transeamus vsqꝫ betleem ꝙ videam⁹ h v̊bum qꝺ factũ
est qꝺ fecit dominus ꝙ ostendit nobis.Lu.ij.Hoc exem/
plo pastoruz docemur q̃liter hodie christũ querere debe
amus.Debemus siquidem ipm querere cum spei firmitate.Ideo
dicitur transeamus vsqꝫ Betleem.i.spe eternoꝛ vbi reficiendi su
mus ſi temporalia contẽnamus.Betleem iterpretatur quasi do/
mus panis Item cum fidei integritate debem⁹ currere Ideo dici/
tur videamus hoc verbum.i.i xp̃m credam⁹ Itẽ cum ſincera ca
ritate.Ideo dicit ꝙ dominus fecit ꝙ oñdit nobis ꝙ propter hoc
ipm diligamus. ¶Nota ꝙ quinqꝫ sunt genera hominum in hoc
mundo qui habent magnum desiderium vt videant aliqua.Naz
sponsa multum desiderat videre sponsum speciosum ꝙ dilectum.
Eger medicum bonum ꝙ peritũ.Tristis consolatoꝛem.Bellatoꝛ
adiutoꝛem.In tenebris ambulans lucem.Sic ꝙ tu videas pueꝛ
ihesum qui est spõsus ecclesie vt eo fruaris qui ẽ medicus anima
rum vt ab eo saneris qui ẽ consolatoꝛ lugentium vt ab eo letifi/
ceris qui est adiutoꝛ contra dyabolum pugnantium vt ab illo
liberer.s.qui est lux in mundo ambulantium vt ab eo illumine/
ris. ¶Ozimo dico vide ihesum qui ẽ sponsus ecclesie vt eo frua/
ris.Canticoꝛ.tercio.Egrediemini filie syon.i.deuote anime. Et

videte regem Salomonez.i.xpm in diademate.i. in humanitate qua coronauit eum mater sua.s. beata virgo in die desponsatio/ nis illius q in die leticie illius. Dies desponsationis dicitur dies natiuitatis in qua christus tanq̃ sponsus p̃cessit ad sponsam.s. ecclesiam q hec dies fuit leticie qz ipse sponsus desiderauit salutē humani generis p̃s. In sole.i.in vtero beate marie virginis posu it tabernaculum suum q ipse tanq̃ sponsus procedens de thala mo s. Exultauit vt gigas ad currē.viam. hūc spōsuz hodie ocu/ lis cordis tui videas vt eo hic fruaris per gratiam q in futuro p̃ gloriā quia sponsus est speciosus. Libenter vident homines speci osos paruulos. q tu videas hodie hūc paruulū. de quo p̃s. Spe ciosus forma p̃ze fi. hominū. Nec mirꝫ si speciosus est q̃ speciosus deus formauerat speciosa virgo genuerat Can. v. qualis est dile ctus meus ex dilecto O pulcherrima mulierū. Sequit Dilectus meus candidus q rubicundus electus ex milibus Candidus fu it christus i icarnatione. quia candidā q imaculatam carnez as sumpsit. Rubicundus in passione ꝓpter sanguinem qui de toto corpore eius fluxit. Electus ex milibus in ascensione q̃ndo non solum sup omnes homines ꝫ etiā sup omnes angelos exaltatus fuit hebre. ij. Qui cum sit splendor glorie q figura subē eius por tans q̃ omnia verbo virtutis sue purgationem peccatorum faci ens sedet ad dexteram maiestatis dei in excelsis tanto melior an gelis effectus q̃nto differentius nomē p̃ze illis hereditauit. hūc sponsum beata virgo portauit amplexabat. osculabatur. vñ dic̃ Ber. super Can. in p̃sona beate v̄ginis. Tū puulum tenerē inter brachia. quotiens osculata suz speciosuz formā p̃ze fi. ho. fitebat mihi licebat satis libebat satis bibebat nec vmq̃ ipe matrē repel lebat. Sic q tu homo hodie spiritualiter osculare hūc puuluz p̃ verā dilectionē ãplexare p̃ deuotiōez. porta in corde p̃ iugem be neficioꝝ suoꝝ recordationē. hic patet p̃mū. ¶ Scdo vide xpz q̃ ē medicus vt ab eo saneris hoc mō q̃rebat zache⁹ videre xpm. Lu xit. q̃rebat videre ihm q̃s esset. iō q̃rebat videre ihm qz sciebat se eē egrotū Ihm vo sciebat eē medicū q potentē ad sanandū qz ad h̄ venerat. Venit ei fili⁹ hois q̃rere q saluū facē qđ pierat. O q̃ tum desideriū hñt infirmi videre bonos medicos. videas q tu ho die ihm q̃ est optim⁹ medic⁹ q̃ cuz sua medicinali aduenit sapi a

vt ab eo saneris. ipe enī est de q̄ dicit. ps. Qui ꝓpiciat̄ omnibus iniq̄tatib⁹ tuis q̄ sanat oēs infirmitates. t. magnā stulticiā ois de ro in mundo qui paciunt̄ infirmitates in corpore mittūt nūcios p medicis corpoꝝ ꝓmittūt pecuniā. obediūt eoꝝ imperio in oi bus. ꝫ heu qui infirmi sunt in anima. i. pcōres. ihm qui est medi cus animaꝝ nec volūt hospicio mētis recipe nec ei i aliquo obe dire. cū enī ipe gratis velit eos sanare. Silis est pcōr infirmo fre netico qui rōe nō vtitur. i. nō curat medicum. sic peccator q̄ dū ognitionem nō habet. ꝓpriū piculū nō videt. iō medicuz aīe sue nō curat. ysa. i. Cognouit bos possessorē s. q aīn⁹ pse. dñi sui. isr̄l āt me nō ognouit q ꝓplus meus nō intellexit. ve genti peccatrici ꝓplo graui iniquitate. semini neq̄. filijs sceleratis dereliquerunt dñm. q. d. ve peccatorib⁹ qui sunt infirmi ꝓpter peccata. q dñm qui ē medicus animaꝝ dereliquerūt. Noli tu ita facere sed clama cū ꝓpheta. q dic Dñe deus virtutū uerte. n. q oñde faciē tuā et sal. erim⁹. Vis o peccator hodie a peccatis saluari? uerte te ad hunc medicū p verā otritionē vide ipius faciē per mētis deuoti onem q sanaberis percipiēdo oīm pcōrꝝ remissiōez. iō nanq̄ ho die in forma hūana apparuit vt sanaret nos oēs. Thi. iij. Appa ruit benignitas q hūanitas saluatoris nr̄i dei. nō ex opibus iu sticie q̄ fecim⁹ nos. ꝫ ꝑm suā miaz. n. fecit. sic pz scdz. C Tercio vi de ihm qui ē osolator lugentiū vt letificeris. ipe enī dic̄ se ad hoc missuz. ysa. lxx. Sps dñi misit me vt osolarer oēs lugētes. baruth iij. Circūspice ihrlm ad orientē q vide iocūditatē tibi a deo veni entē. p hūc orientē vide xpm q̄ hodie visitauit n. oriēs ex alto Jl. his q̄ in te. q in vm. moz. se. ad. De ℔ oriēte dr̄ zach. vi. Vir ori ens nomē ei⁹ q subt̄ eū orieť. s. osolatio toti mundo et ipe edifica bit tēplū dño. vides ne aī festū pasce cū noua luna oriť qđ vul gus appellat orientalē lunā. i. oister maen. q̄liter pueri ad ortum illi⁹ lūe osolanť. curr̄t. clamāt. iubilāt ꝓpt̄ ℔ q ꝑ dñt carnes come dere et qz tā mag^m festū videt istare et tps ēsticie ēminari. sic et tu vide ad ortū xpi q̄ i hac die ad istar lune ort⁹ ē qz assūpsit defec̄us nostros et ambulantibus in tenebris huius mundi luxit. Debes etiā gaudere qz carne sua vult te reficē Jo. vi. Caro mea vere cib⁹ ē q sanguis me⁹ vere pot⁹ est. q qz festū celest̄l. gaudij istat. Matℏ 8. pnias agite appro. n. reg. ce. tps pñs trāsit apo. zi. mors vl. ñ. e

ne p̄.luc.neq̄ cla.neq̄ do.erit vltra que pora. Vide aſ ergo p mē
tis deuotionē oſolatorem tuum hodie natū vt conſoleris. qz A/
braham vidit naſcitur̄ q exultauit Jo.viij. Abraham exulta. vt
videret diem meum vidit q gauiſus eſt. ſic patet terciū ¶ Quarto
vide dñm qui eſt adiutor pugnātium otra dyabolū vt adiuuēis
ab eo. Joſue.v. Leuauit Joſue oculos q vidit vir̄ ſtantē cōtra ſe
et euaginatū tenentē gladiū q ait nr̄ es an aduerſarior̄. Qui rñ/
dit. nequaq̄ ꝫ ſum p̄nceps exercitus do. q nunc ſupple veio ad
adiuuandū. ſic q tu. leua oculos hodie q vide deū qui liz puul⁹
q fragilis ſit in corpore tñ ſpiritu fortiſſimus eſt qui euaginatu⁹
tenet gladiū. i. paratus eſt ad preliandū pro te otra dyabolum q̄
ad hoc venit. Noli deſpicere hūanitatis x̄pi fragilitatē. attēde la
tentem diuinitatē p quā dyabolus ſuperat̄. Lu.xi. Cū fortis ar/
matus cuſtodit atriū ſuū in pace ſunt omnia que poſſidet. ſi aūt
fortior ſupueniens vicerit eum vniuerſa arma eius auferet in q̄
bus oſidebat q ſpolia eius diſtribuet. Per fortē armatum accipe
dyabolū qui ante x̄pi aduentū tā fortis erat q̄ hominē in para/
diſo vicit q captiuauerat. Jſte cuſtodiuit atriū ſuū. i. mundu⁹ in
pace qz null⁹ hominē ab eius poteſtate eripere potuit donec ſup
ueniet fortior. i. chriſtus qui hodie natus eſt hic vicit dyabolum
q hominē liberauit q dyaboli poteſtatē diminuit. Quid times o
homo in tēptatione in tribulatione poſitus exq̄ hodie tā fortis
pugil apparuit qui vult pugnare p te hodie. Unō poſſūt demo
nes clamare illud exo.xiiij. Fugiamus iſrl̄ dñs enī pugnat p eis
otra nos. otra eū clama cum heſter et dic dñe rex nr̄ es sol⁹ ad
iuua me ſolitariā et qz preter te nullus eſt auxiliator alius. Hūc
adiutorem vidit beatus Stephanus cū eſſet in neceſſitate poſit⁹
cuz dixit Act.vij. Ecce video celos ap̄.et fi.ho. ſtā. a dextris vir
dei. ſic patet quartū. ¶ Quinto vide iheſuz qui eſt lux in mundo
ambulantium vt ab eo illuminer̄. yſa.ix. Populus qui am.i tene/
bris vi.lu. magnā hi. in re. vmbre mortis lux orta eſt eis. Hec eſt
vera lux. i. chriſtus qui illuminat om. ho. ve. in hunc mundu⁹ ꝫ
heu multi hanc lucē intueri nolunt vt ab ea illuminent̄ Jdeo ipe
dñs cōqueritur Jo.xiij. venit lux in mundū et dilexerunt hoīes
magis tenebras q̄ lucem. Erant ei eor̄ opera mala. Qui ambu
lat in tenebris offendit ſepe pedez et cadat. ſic anima que ab hac

hac luce nō illuminat de facili labitur in peccatū Joh.xi. Si quis ambulat in die.i.claritate virtutū nō offendit.quia lucē huius mū di.i.cristū videt. Si quis autē ambulabit in nocte.i.tenebris vicio rū offendit.quia lux in eo nō est. Vis ergo secure ābulare in mun do ne cadas in foueā peccati ꝙ vt possis puenire ad celestē patriā i tuere hanc lucē ꝙ clama cū ꝓpheta. Emitte lucē tuā ꝙ veritatē tu. ipsa me dedu.ꝙ addu.in mō.scm̄ t.ꝙ in tabernacula tua.i.ad secre ta celoꝝ. Ad que nos ꝓducat idē ihs xp̄us. Amen. De eode Sō iij?

QVis mihi det te frēm meum sugentem vbera matris mee vt inueniā te foris ꝙ deosculer te et iaz me nemo despiciat. Can̄.viij. Salomō considerās necessitatez ad quā homo peccādo deuenerat ꝙ offensam quā ꝓmeruerat ꝙ opprobriū qđ in currat in ꝑsona homis lapsi petit ꝑ filiū dei incarnacione dicens. Quis mihi det te fratrē meū qē. In quib9 verbis Salomō tria fa/cit. Primo tāgit humani generis nccitatem in peticōis ꝓpositiōe. ibi.quis mi.det te fra.me. Secūdo tangit incarnacōis humilitatē in nostrorū defectuū assumptione ibi.sugētez vbera matris mee.i. btē virgis. Tercio tāgit eiusd̄ incarnacōis vtilitatē in hūani gene ris recōciliatione ibi.vt inueniā te. Nota ꝙ xp̄s ꝑm naturaz hu/manā dicit frater noster ꝓpter tria.s. ꝓpter singularē assimilacio nē. ꝓpter familiarē dilectionem ꝙ ꝓpter vni9 hereditatis amicabi lem possessionē. Primo dicit frater noster ꝓpter singularē assimi lacōez Hebre.ij. Debuit ꝑ omnia fratrib9 assimilari vt misericors fierz. O quāta misericordia dei cū essz pater noster creādo voluit fi eri frater nr̄ carnē assumendo vt eni nos similes sibi facerz. ipse no bis assimilari voluit. Sed nō ꝙ assimilat9 nobis fuit in trib9.s.in nature ꝺformitate.in penaliū defectuum ꝺformitate.in subiectiōis humilitate. Primo assimilat9 fuit nobis in nature ꝺformitate.qz nostrā naturam assumpsit Phil.ij. Qui cū in forma dei eēt nō ra/pinā arbitratus est eē se equalē deo. Sic̄ lucifer ꝙ adā qui volebāt habere similitudinē dei.que erat eis aliena.id̄o volebāt ꝺmittē ra/pinā. Filio āt dei erat proprium esse equalē deo.id̄eo nō rapinā arbi/tratus est esse se equalē deo ꝫ seipsum exinaniuit formā serui accipi ens in similitudinē hominū fact9 ꝙ habitu inuētus vt homo. hic ꝺsidera grauitatē pcti.tam grauit̄ offenderat hō deum ꝙ nec ho/mo purus nec angel9 ꝑ homine satisfacere potuit ꝫ sol9 deus Sed

quia satisfactio debuit esse penalis contra delectacionem que fuit in peccato ꝙ deus pati non potuit. ideo deus nostram naturā assumpsit in qua penā sustineret ꝙ pro nobis satisfaceret. ysaie. iiij. Vere languores nostros ipse tulit ꝙ dolores nostros ipse portauit. O homo cogita quātā misericordiā deus tibi ostendit Ecce āgelus peccauerat sicut ꝙ tu angelicam naturam nō assumpsit sed humanā hebreor. ij. Nusq; angelos apprehendit sed semen abrahe. nec angelum per passionem suam redemit sicut hominē quāuis eque facile esset ei vtrūq;. Clama ergo cum propheta ꝙ dic. Bñdic anima meo domino ꝙ omnia que intra me sunt nomini sancto eius Bene dic anima mea domino ꝙ no. ob. omnes retri. eius. ¶ Secundo assimilatus fuit nobis in penalium defectuum conformitate Rō. viij Deus filium suū mittēs i similitudinē carnis peccati. De peccato damnauit peccatū Glō. Non in carnem peccatricē ꝫ in eius similitudinē ꝑ passibilitatem ꝙ mortalitatem ꝙ ꝑ alios defectus ꝙ sic dānauit peccatū id est destruxit peccato supple peccatū mundi quod processerat de peccato ade Attende homo ideo defectus tuos penales voluit assumere ut eos posset destruere. ¶ Nota q; septē defect⁹ penales a pcō ade inflicti sunt nobis q̄ sunt hi sc̄z. fames. sitis. frigus. est⁹. labor. morb⁹. mors. hos xp̄s assumpsit ut a nobis tolleret Assumpsit famē Math. iiij. Cum ieiunasset. xl. dieb⁹ ꝙ. xl. noctibus postea esurijt. Itē sitim ꝓpter qō dixit Jo. xix. cū penderet in cruce dixit sicio. Itē frig⁹ ꝙ estum vñ bene poterat dicere illud verbum iacob Geñ. xxxi. Die noctuq; estu vrebar ꝙ gelu. Firmiter credo q; ℞ tpe magnum frigus sustinuit cum natus esset in media nocte ꝙ in media hieme in stabulo dū reclinaret in p̄sepio. vili involut⁹ pānículo Magnū eciā vt credo sepe estum sustinuit cum circuiret p̄dicādo castella ꝙ ciuitates predicans regnum dei Itē laborē Jo. iiij. iesus fatigatus ex itinere sedebat sup fontē. Item mortē nō ex cōplexionis distempancia ꝫ ex illa violencia Treñ. i. Infirmata est virtus mea dedit me domin⁹ in manū de qua non potero surgere Nōne voluit caput in spinee corone impositione ꝙ in eius concussione oculos in lacrimatōe. cor in passione. manus ꝙ pedes in vtriusq; ꝑ fixatione. totum corpus in flagellatione. Bernhardus. Respice a planta pedis vsque ad verticem vbique meror vbique ꝙ dolor Hebreorum secundo. Videmus ihesum propter passionem mortis

gloria ⁊ honore coronatū vt gracia dei ꝑ omnib⁹ gustarz mortē. Sic ergo defect⁹ nostros assumpſit vt eos curarz Hebre.iiij. Nō hē mus qui nō possit ꝩpati infirmitatib⁹ nr̄is tēptatum autē ꝑ oīa ꝑ ſimilitudinē absq; pcō. Tercio assimilat⁹ fuit nobis in ſubiecti/ onis humilitate Job.xxx. Compatus sum luto ⁊ assimilat⁹ ſuz fa uille ⁊ cineri Et ꝓpē hec tria q̄ valde vilia ⁊ nulli⁹ sūt reputatiōis accipe excellentē humilitatē que fuit in xp̄o ꝑ quā factus est obedi ens deo pr̄i Phil.ij. Humiliauit semetip̄m factus obediēs vsq; ad mortē mortē autem crucis. et non solū patri ꝫ eciā matri ⁊ ipſi Jo/ seph Luc.ij. Descēdit cum illis ⁊ venit nazareth ⁊ erat ſubditus il lis Bernh. Deus cui angeli ſubditi ſunt cui principatus ⁊ ptātes obediūt ſbditus erat marie nō tm̄ marie ꝫ eciā ioseph. discе homo obedire. discе ēra subdi. discе puluis obtēpare. ꝓpē qđ āthiochus dixit. ij. Mach. ix. Justū est subditū esse deo ⁊ mortalē nō paria ꝺo sentire. hic patz p̄mū principale. ¶ Secūdo debz xp̄us esse frater nr̄ ꝓpter familiarē dilectionē. ps. Narrabo nomē tuuz fratribus me is glō. qui inuicem se diligunt vt a me dilecti sint. Nunq; frater tm̄ dilexit fratrem ſicut christus hominē pro cuius dilectione in mun dum venit carnem ſuscepit multa incōmoda pertulit ⁊ tandē mor tem ſustinuit ¶ Nota ergo q̄ christus dilectionē quā habuit ad ho minē ostendit in tribus. Primo in hoc q̄ ipſum ad se miſericordē traxit. Secūdo in hoc q̄ ꝑ ipſo mori voluit. Tercio in hoc q̄ cele ste regnū ei contulit ¶ Primo dico q̄ ostēdit dilectionē hoi in ꝫ qđ ipſuz ad se miſericordē traxit Jé.xxxi. In caritate ꝑpetua dilexi te ideo attraxi te miſerās. Oſi velles attēdere q̄z miſericordē de⁹ tra xit te ad se Si seruus ille a dño recedēt cui dñs multa bona ꝺtuliſ ſet ⁊ ad eius aduersariū confugeret et illi seruiret. Nōne dominus ſuper hoc iraſceretur etſi aliquod infortuniū cueniret seruo domi nus ei non ꝺpateretur ſed gauderet ſuper hoc ⁊ dicerz Digne hoc patitur quia mecum manere noluit etſi seruus ille redire vellet nō eum reciperet. Si autem reciperet eum ſepius ei receſſum impro paret. ſed tu peccator a deo tuo qui te multum dilexit ⁊ plura bo na tam corporis q̄z anime cōtulit receſſiſti ad ꝺyabolum confugi ſti ⁊ illi ſeruiſti ⁊ multas miſerias icurriſti ⁊ ecce dominus miſeri cors tibi compaciens venit in mundum miſerias ſuſtinuit vt te a miſeriis eriperet ⁊ ad ſuam gratiam traheret. Curre ſecure ad eu⁊

noli timere nunquã improperabit tibi peccata tua. Clama deuote ꝙ dic illud Cantico.x.ꝑ. Trahe me post te curremus in odore vn/gentorum tuorum. id est in bona fama operum tuorum. quasi dicere. Bona opera que fecisti in carne assumpta attrahent ꝙ allicient nos vt reddeamus ad te. O pctõr si velles attendere opera que fecit christus penas quas pro te sustinuit eum vtique diligeres ꝙ ad ipsum a quo peccando recessisti penitendo redires. Audi ipsum dicẽtẽ Osee vndecimo. In funiculis ade trahã eos in vinculis caritatis. funiculos ade vocat penales defectꝰ qui propter peccatum ade inflicti sunt homini. hos autem christus assumpsit vt per eos homines ad se traheret ꝙ dilectionem suam homini insinuaret. ¶ Secundo ostendit christus dilectionez suam homini in hoc ꝙ pro ipso mori voluit. Johãnis decimoquinto. hoc est preceptum meum vt diligatis inuicem sicut dilexi vos. Maiorez hac dilectõnẽ nemo habet vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Quomodo potest esse maior dilectio quã qñ homo mortem sustineat pro amico. Transi ab oriente in occidentem. ab austro in aquilonem ꝙ vix inuenies tam fidelem amicum qui pro te mori velit. ¶ In ciuitate quadam erat quedam femina que habebat vnicum puerum quem ternerrime diligebat. accidit vt puer infirmaẽtur Mater mesta pro puero inuocabat virginez beatam vt puerum sanaret ꝙ infirmitatem eius sibi immitteret. contigit vt mater inciperet egrotare. Cunque languorem sentiret clamauit ꝙ dixit. O beata virgo miserẽ mei stulte locuta fui ꝙ insipienter rogaui oro vt puer meus moriatur dum modo ego non moriar. Sic vides qꝫ fallax ꝙ fraudulenta sit huius mundi amicicia ꝙ stulta eorum confidencia qui spez ꝙ fiduciam in filios ꝙ filias ponunt Scribit hoc eciam quidam philosophus dicens Esto amicus cunctis. intimus paucis. fidelissimus vniuersis Unde dicitur eciam congruenter Tempore felici multi cẽ. Sic certe aliquos audiui qui dicebant se velle subire mortem pro amicis. sed nunquã vidi nec intelleri quod cum aliquis suspendi deberet ꝙ haberet aliquem amicum tam fidelem qui eligeret pro eo suspendi vt eum eriperet Nisi solum christum qui pro nobis suspensus est in cruce vt nos ab eterna morte eripet. In hoc ei manifestaꝫ caritas

eius ad nos Roma.v.Apostol⁹ ꝺmendat suaꝫ caritatem in nobis
dicēs.Quoniā cum adhuc peccatoꝛes eēmus ꝑm temp⁹ christ⁹ ꝓ
nobis moꝛtuus est.Multomagis igitur nūc iustificati in sanguine
ipsius salui erim⁹ ab ira per ipsum.¶Tercio ostendit xp̄s dilectōez
suam homi in hoc ꝙ celeste regnuꝫ ei ꝺtulit Eph̄.ij.De⁹ qui diues
est in misericoꝛdia suaꝓpter nimiā caritatem suam qua dilexit nos
cum essemus moꝛtui peccatis viuificauit nos xp̄s cui⁹ gracia su/
mus saluati ꝙ cum eo resuscitauit ꝙ considere fecit in celestibus Si
rex aliquis terrenus loquitur fauoꝛabiliter seruo signum est mag/
ne dilectionis vt ergo xp̄us ostenderet ꝑ maximā dilectionē quā
habuit ad hominē ei loquebatur in predicatione Hebꝛe.i.Multifa
riam multisꝗz modis olim loquens de⁹ patribus in pꝛophetis no/
uissime ꝺiebus istis locutus est nobis in filio suo.Item dedit homi
ni dona in spiritus missione Psal.Ascendens in altum captiuā du/
xit captiuitatem dedit dona hominibus.Item dabit regnum cele/
ste in remuneratione Apocalip̄.iij.Qui vicerit dabo ei sedere me/
cum in thꝛono meo sicut ꝙ ego vici ꝙ sedi in thꝛono patris mei cuꝫ
eo.Sic patet secundū principale.¶Tercio dicitur xp̄s frater noster
pꝛopter vnius hereditatis amicabilem possessionem Psal.Ecce q̄ꝫ
bonum ꝙ iocūdum habitare fratres in vnuꝫ id est in vna hereditа
te.Si iocūdum est habitare fratres in vnum in hereditate terrena
quante iocunditatis erit nos cum fratre nostro habitare in celesti
hereditate.Si es filius ꝺei per graciam es frater christi qui est fili/
us ꝺei per naturam ꝙ possidebis celestem hereditatem cum christo
Romano.viij.Ipse spiritus p̄ꝺit testimoniū nostro spiritui ꝙ su
mus filij ꝺei.si autem filij ꝺei heꝛedes.heꝛedes quidem ꝺei cohere/
des autem christi.¶Sed nota ꝙ hereditas celestis est quietissima
carens laboꝛis angustia.sufficientissima carens inuidia.deliciosis/
sima carens omni tristicia.Primo dico ꝙ est quietissima Eccleſia/
stici.xxiij.In omnib⁹ requiez quesiui ꝙ in hereditate ꝺomini moꝛa/
boꝛ.quasi ꝺiceret.In tempalibus requiem quesiui ꝙ non inueni.iō
i hereditate ꝺomini moꝛaboꝛ vt ibi quiescā Apoc̄.xiiij.Beati moꝛ/
tui qui in ꝺomino moꝛiuntur.amoꝺo enim iam ꝺicit spiritus vt re
quiescam a laboꝛibus suis.Multū ꝺesideranda est illa hereditas in
qua sempiterna est requies sine omni laboꝛe.hic est continu⁹ laboꝛ
Job.i.homo nascitur ad laboꝛē sic auis ad volandū.illic summa

requies. Psalmista. hec requies mea in seculum seculi hic habita/
bo quoniam elegi eam. Augustinus in primo confessionuz. Fecisti
nos domine ad te ꝙ inquietum est coꝛ nostrum donec requiescat in
te. Ecce quid christus frater tuus hodie fecit pro te. cepit laboꝛare
vt te ad quietem eternam peꝛduceret. Jō in quieto tempoꝛe id est
noctis medio nasci voluit. Sapiencie. xviij. Cum quietum silenciū
tenerent omnia ꝙ noꝛ in suo cursu medium iter haberz omnipotēs
sermo tuus domine de celis a regalibus sedibus venit. ¶ Secundo
hereditas celestis est sufficientissima carens inuidia Jsaie. liij. hec
est hereditas seruoꝛum domini ꝙ iusticia eoꝛum apud me dicit do/
minus. omnes sicientes venite aꝺ aquas. per aquas que cōmunes
sunt ꝙ sufficiūt omnibus accipe celestia gaudia que omnibus suf/
ficiunt. de quibꝰ aquis dicitur Jsaie duodecimo. haurietis aquas
in gaudio de fontibus saluatoꝛis ꝙ dicetis in illa die confitemi do/
mino ꝙ inuocate nomen eius. O q̄ dissimilis est hereditas terrena
celesti hereditati. Frater cum fratre non potest diuidere hereditа/
tez mundi terrenam. nec filia cum matre sine fraude rita ꝙ inuidia
Jdeo dicitur Jheremie nono. Unusquisq; a proxiмo suo se custo/
diat ꝙ in omni fratre suo non habeat fiduciam. quia omnis frater
supplantans supplantat ꝙ omnis amicus fraudulenꝫ incedit ꝙ istō
maxime fit in diuisione hereditatis terrestris vbi multe fraudes cō/
mittuntur ꝙ rite oꝛiuntur. ꝙ hoc ideo. quia hereditas terrena om/
nibus sufficit ꝙ potest deficeꝛe. Celestis autem hereditas sufficientis/
sima est ꝙ nunq̄ deficiet Jdeo ibi est vera caritas summa paꝛ ꝙ per
petua concoꝛdia Et ideo nato christo paꝛ omnibus de celo nūcia
tur. Luce secundo. Jn terra paꝛ hominibus bone volūtatis. ¶ Ter
cio hereditas celestis est deliciosissima carens omni tristicia Jhere
mie tercio. Tribuam tibi terram deſiderabilem hereditatem preela
ram. Que est hec terra deſiderabilis ꝙ preclara hereditas nisi illa ce
lestis in qua plene sunt delicie ꝙ nulla inuenitur tristicia. Jsaie .li.
Gaudium ꝙ leticia inuenitur in ea graciaꝛum actio ꝙ voꝛ laudis.
O quanta stulticia est in mundo Multi querunt terrenam heredi/
tatem que adquiꝛitur cum laboꝛe. Possidetur cum timoꝛe. Amitti/
tur cum doloꝛe Sed pauci querunt celestem que de facili adquiriꝫ
secure possidetur ꝙ nunq̄ amittiꝫ ideo pfectum ibi gaudiū habeꝫ.

In huius signum nato christo dictum est pastoribus Luc.ij. Euã gelizo vobis gaudium magnum quod erit omni populo. gaudea/ mus ergo hodie quia christus natus est qui nos suis doloꝛibꝰ ad gaudia celestia perduxit quit sit benedictus in secula. Amen.

De festo natiuitatis xpi. Sermo quartus.

Paruulus natus est nobis ⁊ filius datus est nobis. ysa.ix. In verbis premissis circa christi incarnationez tria descri buntur. Primum est icarnati humilitas. Secundum in/ carnationis veritas. Tercium est incarnationis vtilitas. Humili/ tas tangitur cum dicitur paruulus Veritas cum dicitur natus ẽ. Natus inquã ⁊ non inuentus vt Sabelliani finxerunt qui dixerũt beatam virginem puerum inuenisse non pepisse Vtilitas cum ad/ dit ⁊ filius datus est nobis Filius inquã non seruus. datus nõ con cessus. nobis non demonibus. Nota ꝙ christus hodie proponit nobis in exemplum quãtum ad tria que inueniuntur in paruulo q̃ sunt humilitas. puritas. simplicitas. hec tria fuerũt in christo ⁊ de bent esse in nobis si volumus venire ad regnum celoꝝ. Primo si quidem in nobis sicut in paruulo debet esse humilitas Matb. xviij. Quicũqꝫ humiliauerit se sicut paruulus iste hic maioꝛ est in regno celoꝝ. christus dixit verbum istud de paruulo quodam quẽ sta/ tuerat in medio apostoloꝝ. Et ego dico vobis verbum istud de paruulo christo qui hodie iacuit in presepio Quicũqꝫ humiliauerit se sicut paruulus iste qui iacet in presepio hic maioꝛ erit in regno ce loꝝ Mirabile dictum qui vult esse magnus in celo fiat paruꝰ in terra. Alioquin nunqꝫ peruenier ad celum Matb. xviij. Nisi cõuer/ si fueritis ⁊ effi. sicut puuli nõ intrabitis in regnum celoꝝ. Ecce q̃ necessaria est humilitas. per sup̃biam celum perditur vt patet in lucifero ⁊ in primo homine. per humilitatem adquiritur vt patꝫ in christo ⁊ in beata virgine. Sed notandum ꝙ tria sunt que inui/ tant nos ad humilitatem. primum est conditionis nostre vilitas. Secundum est xpi exemplaritas. Tercũ est premiꝫ immẽsitas. Pri/ mo inuitat nos ad humilitatem ꝯditionis nostre vilitas qz de pul uere sumus. psal. humiliata est in puluere anima nostra conglu. ẽ in terra ven. noster. quasi diceret. quia de puluere me recognosco es se ideo humiliare me volo. Audi superbe peccatoꝛ licꝫ lucifer plus superbiret quã tu non reprehensibiliꝛ est tua superbia quã lucife/

ri quantum ad hoc quia lucifer fuit in supremo loco id est in celo. Tu in infimo id est in mundo Lucifer non fuit compositus ex terra vel aliquo corruptibili sicut tu. Lucifer penam superborum nō ad/ vierat sicut tu Ideo tu stultior es superbiendo q̄ lucifer Ecclastici decimo. Quid superbis cinis ⁊ terra. quasi diceret. de terra es ⁊ in terram gradieris vel ad terram reuerteris vnde ergo superbis. ¶ Secundo inuitat nos ad humilitatem christi exemplaritas Mat. vndecimo. Discite a me quia mitis sum ⁊ humilis corde Discite inquit quasi diceret Multi sciunt superbire pauci humiliari. Ideo di/ scite a me inquit qui sum magister ⁊ dominus. Si magister est hu/ milis multomagis discipuli. si dominus multomagis serui Johan nis. xiij. Vos vocatis me magister ⁊ domine ⁊ bene dicitis sum ete nim. Si ergo ego laui vestros pedes magister ⁊ dominus et vos d̄ betis alter alterius lauare pedes. Exemplū enim dedi vobis vt quē admodum ego feci vobis ita ⁊ vos faciatis. Hanc humilitatē chri stus hodie incepit docere ⁊ docuit plus q̄ triginta ānis ⁊ heu pau ci possunt eam addiscere. Diabolus docuit superbiam per horam breuem ⁊ statim primi parentes didicerant eam. Contemne super/ biam diaboli ⁊ addisce humilitatem christi vt fias discipulus chri sti Audi lectionem quam hodie de humilitate christi legimus Lu. secundo. Inuenietis infantem pannis inuolutum ⁊ positum in pre/ sepio Mira res Omnipotens ille qui facit linguas infancium diser tas qui homini dat loquelam hodie manet vt infans absque loque la. Quis vnq̄ audiuit talia. q̄s audiuit fila. pānis inuoluit vilib⁹ per quem celum syderibus. aer volatilibus. aqua natantibus. ter/ ra gressibilibus decoratur. reclinatur in presepio. vagit in stabulo. qui angelos letificat in celo. Cantate ergo domino hodie canticū nouum quia mirabilia fecit. ysaie nono. Vocabitur nomen ei⁹ ad mirabilis. consiliarius. deus fortis. pater futuri seculi. princeps pa cis. ¶ Admirabilis fuit carnem de virgine assumendo. Jheremie xxxi. Nouum faciet dominus super terram femina circumdabit virum. mirabile est quod deus fit homo. virgo fit mater. ¶ Consi/ liarius fuit penitenciam suadendo. Math. tercio. Penitenciam agi te appropinquabit enim regnum celorum Ve illis qui hoc vtile cō silium despiciunt. Quibus dicet in die iudicij. Vocaui ⁊ renuistis. extendi manum meam ⁊ non erat qui aspiceret. despexistis omne

consilium meum. ¶ Deus eciam fuit omnia creando. vnde Psal. Omnia quecunqz voluit dominus fecit in celo ⁊ in terra. ¶ Fortis eciam fuit diabolum expugnando Luce.xi. Cum fortis armat⁹ custodit atrium suum id est diabol⁹ mundū in pace sunt que possidet quia ante christi aduentum nullus diabolum perfecte poterat vincere. ſi autem fortior illo supuenerit ⁊ vicēit id est christus diabolū vniuersa arma eius auferet in quibus confidebat id est potestatez diaboli euacuabit. ¶ Fuit ⁊ est eciam pater futuri seculi ad celū introducendo hebreor.ix. Xp̄us assistens pontifex futurorum bonorum peramplius ⁊ perfectius tabernaculum non manufactum id est non huiusmodi creacionis. neqz per sanguinem hircorum aut vitulorum. sed per proprium sanguinez semel introiuit in sancta eterna redemptione inuenta. ¶ Princeps eciam pacis fuit hominem deo reconciliando. Coloc.p. Complacuit per christum reconciliari omnia in ipso pacificans per sanguinem crucis eius siue que in terris siue que in celis sunt. ¶ Tercio inuitat nos ad humilitatem premiū immensitas Job vicesimosecundo. Qui humiliatus fuerit erit in gloria ⁊ qui iclinauerit oculos suos ipse saluabitur. Vis scire cuiusmodi gloriam habebunt humiles in die nouissimo. Audi quod dicitur. p̄ma Petri.v. humiliamini sub potēti manu dei vt vos exaltet in die visitacionis id est iudicij. dicit glosa interlinearis O quanta erit tunc gloria humilibus quando statuentur a dextris cum angelis. Et quanta confusio tunc erit superbis quando ip si statuentur a sinistris cum demonib⁹ Sapiencie quinto. Stabūt iusti in magna constancia aduersus eos qui se angustiauerunt ⁊ q̄ abstulerunt labores eorum videntes turbabuntur timore horribili Item habebunt gloriam in celo. quia pro transitoria humiliacione eternaliter exaltabuntur Luce.xiiij. Amice ascende superius ⁊ erit tibi gloria coram simul discūbētib⁹. qz omnis qui se exaltat hūliabit ⁊ qui se humi. exal. Sic ptz primū principale ¶ Secundo in nobis tanqz in paruulo debz esse puritas vt pcta caueamus. p. Cor.xiiij. Nolite pueri effici sensib⁹ sed malicia pmuli estote Glo. vt p innocēcia sitis remoti a malicia vt sunt paruuli Talis fuit iste puulus q̄ hodie iacuit in presepio. prima Petri secundo. Qui peccatum nō fecit nec est inuentus dolus in ore eius habe ergo puritatē vt sis similis huic paruulo sez vt careas pcīs ⁊ si nō venialib⁹ tamē morta

libus que inficiunt animā Sed nota q̄ debes habere triplicē puri
tatem. scz cordis oraciōi iſiſtendo. oris honesta verba proferendo.
operis virtuosa opera perficiendo. ¶Primo debes habere purita/
tem cordis. i. Thi. ij. Sectare iusticiam fidem caritatem pacem cū
his qui inuocant dominū puro corde Ille dominū puro corde inuo
cat qui deuote orat cui⁹ animā p̄cm̄ non coinquinat tales de⁹ ex/
audit Psal. Iniq̄tatem si aspexi in corde meo nō exaudiet ꝓpterea
exaudiuit domin⁹ q intendit voci deprecationis mee. supple q̄ cor
purum habui. ¶Secūdo debes habere puritatē oris honesta ꝛba
proferendo. Prouerb. xv. Abominatio domi cogitationes male q
purus sermo pulcherrim⁹ firmabitur ab eo. vis habere puritatem
in ore custodi os tuum ne aliquod verbum loquaris de quo pos/
sit ɔsciencia tua inquinari deus offendi q ꝑim⁹ scandalizari. pro
uerb. xiij. Qui custodit os suū custodit animā suā Ecce xp̄s dedit
tibi exemplū vt os tuum custodias. primo nihil loquebat more ali
orum infantium. postq̄ vero loqui incepit nūquā ociosum verbuz
protulit. psal. Folium eius non defluet. id est verbum eius inutile ñ
erit. ve tibi loquax scurra qui os tuum polluis per turpia verba si/
milis es porco qui semper vult habere os in luto Sed tu lutū cor/
porale non libenter acciperes in os tuum ne os tuum polluceretur.
q verba turpia quibus anima inquinatur quotidie ponis in os.
Psal. Dilexisti omnia verba precipitationis lingua dolosa ꝓpterea
deus destruet te in finem. ¶Tercio debes habere puritatem operis
virtuosa opera perficiendo psal. Retribuet mihi domin⁹ scd̄m iusti
ciam meā q scd̄m puritatem meā mu. id est operum meorum retri/
buet mihi. O homo conſideza hunc puulum quā pura fuerunt ei⁹
opera. Nec mirum quia pure ad dei gloziam fecit Joh. viij. Ego ho
norifico patrem meum q vos inhonorastis me ego gloziam meaz
non quero. propter hoc nato puero hodie angeli cantauerunt. glo
ria in excelsis deo. non dixerunt. Glozia nato puero quia hic puer
quod in humanitate assumpta fecit totuz ad gloziā dei retulit dās
tibi exemplū vt ita facias. i. Cor. x. Siue manducatis siue bibitis
siue aliquid aliud faciatis omnia in gloziā dei facite Sz heu quidā
de bonis operibus que faciunt semper querunt propriam gloziam.
si ieiunant. si orant. si dant elemosinam si frequentāt ecclesiam sem/
per desiderant videri q laudari ab hominibus Matb. v. Attendite

ne iusticiam vestram faciatis coꝝ hominibus vt videamini ab eis alioquin mercedem non habebitis apud patrem qui in celis est. ¶ Sic patet secundum principale. ¶ Tercio in nobis sicut in paruulo debet esse simplicitas Mathei.xi. Abscondisti hoc scilicz secreta fidi a sapientibus ꝙ prudentibus scilicz philosophis ꝙ reuelasti ea paruulis scilicz simplicibus apostolis. ¶ Nota ꝙ simplices debemus esse quātum ad tria scz vt deo deuote seruiamus .vt nullum decipiamus.ꝙ vt illatam iniuriam pacienter sustineamꝰ. Primo debemꝰ esse simplices vt deo deuote seruiamus Sapiencie ꝑmo Sentite de domino in bonitate ꝙ in simplicitate cordis querite illum Talē simplicitatem habuit Job. de quo dicitur Job ꝑmo. Erat vir ille simplex ꝙ rectus ac timēs deum ꝙ recedens a malo. Hanc simplicitatem christus habuit qui deuoto corde seruiuit deo. Nunc orando. nunc predicando.nunc ieiunando.ꝙ similia faciendo. Hanc simplicitatem mundus detestatur. ideo seculares derident religiosos Job duodecimo. Deridetur iusti simplicitas. lampas contempta apud cogitaciones diuitum parata ad tempus statutū. Derideant mali bonos quātum velint vsqꝫ ad tempus statutum. id est in diem nouissimum. Quia tūc habebit finem derisio eorum. quando illud dicetur Sapiencie quito. Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum ꝙ in similitudinem improperij nos insensati vitam illorum estimabamus insaniam ꝙ finem illorum sine honore. ecce quomodo computati sunt inter filios dei ꝙ inter electos sors illorum est. ¶ Secundo debemus esse simplices nullum decipiēdo. Mathē. decimo. Estote prudentes sicut serpentes ꝙ simplices sicut columbe. Prudentes vt non decipiamini. Simplices vt nullum decipiatis. Talis fuit paulus christus qui nunquā aliquem decepit. ꝑ. Petri secundo. qui peccatum non fecit nec est inuentus dolus in ore eius. ¶ Tales simplices deo placent. Prouerbiorum tercio. Abominacio deo est omnis illusor ꝙ cum simplicibus sermocinacio eius. Quo cōtra fraudulenti deo displicent ꝛc̄. Jheremie nono. Jn ore suo pacem cum amico loquitur ꝙ occulte ponit ei insidias. nunquid super his non visitabo dicit dominus ꝙ in gentem huiuscemodi non vlciscetur anima mea Talis fuit Joab de quo dicitur secūdi Regum vicesimo vbi legitur ꝙ Dixit Joab ad Amasam. Salue mi frater. ꝙ tenuit

manu dextera mentū amase ⁊ sinistra ꝑcussit eum in latere ⁊ effu/
dit intestina eius in terram ⁊ mortuus est. ¶Tercio debemus esse
simplices vt iniuriā illatam pacienter sustineamus ℙrouer.xi. For/
titudo simplicis via dñi ⁊ pauor his qui operantur malū. quasi di/
ceret. simplices sunt fortes in tolerando aduersa ꝑ amore dñi ⁊ hi
ambulant viam dñi. Sed pauor erit hijs qui inferunt eis malum.
Hanc simplicitatē habuit xp̄us paruulus qui in omni passione sua
nunq̄ verbum impaciēcie protulit. i. Pet. ij. Qui cum malediceret
non maledicebat cum pateretur non ꝺminabatur tradebat autem
iudicanti se iniuste ideo ꝺparatur agno. ysa. liij. Sicut ouis ad oc/
cisionē ducetur ⁊ quasi agnus coram tōdēte se ommutescet ⁊ non
aperiet os suum. huius exemplo sis ⁊ tu paciēs vt eternā mercedē
consequaris Hebre.x. Nolite amittere ꝺfidenciā vestram que mag
nam habet remuneracionē. paciēcia enī vobis necessaria est vt vo/
luntatem dei facientes scilz aduersa pacienter tolerando. reportan/
tes promissionem id est ꝑmissam hereditatem quam nobis conce
dat christus.

Amen.

¶De sancto stephano. Sermo.

Ponitis genibus clamauit voce magna dicens ne statuas il
lis hoc peccatum quia nesciunt quid faciunt Actuū. vij.

In verbis istis beatus stephanus ꝺmendatur a tribus scz
ab humilitate quā habuit quantum ad seipsum. a deuotōne quam
habuit ad deum. ⁊ a dilectione quam habuit ad proximū. humili/
tas disponit ad deuotionem ⁊ deuotio auget dilectionem. humili/
tas ostenditur quia genua posuit. deuotō quia clamauit. dilectō qz
pro inimicis orauit. Primum tangitur ibi. positis genibus. Secū/
dum ibi. clamauit voce magna. Tercium ibi. ne statuas illis h̄ pec
catum. gracia huius legitur beatus stephanus orasse pro inimicis
suis sicut christus. ¶Nota q̄ passio beati stephani assimilatur pas/
sioni christi in sex. scilicz quia adiudicatus est in eadez ciuitate vbi
christus adiudicatus fuit. passus ab eodem populo extra portam
pro veritate. spiritum suum domino cōmendauit pro inimicis ora
uit. propter primum fuit passio eius iniuriosa. propter secundū do/
lorosa. ꝓpter terciū ignominiosa. propter q̄rtū fructuosa. propter
quintum gracioſa. propter sextum alijs virtuosa. ¶Primo assimi/
latur in hoc quod in eadem ciuitate fuit iudicatus vbi christ⁹. scz

iherusalez ibi enim christus iudicatus est Luce decimooctauo. Ec
ce ascendimus iherosolimam et consummabuntur omnia que di/
cta sunt per prophetas de filio hominis. Ibidem eciam beatus ste/
phanus iudicatus est. Dicitur enim Actuum sexto. Cum creſceret
verbum domini q multiplicaretur numerus discipulorum in iheru
salem Stephanus predicans q prodigia faciens ductus est ad con
filium iudeorum q producti sunt falſi testes contra eum q ſic condē
nauerunt eum In hoc fuit passio sua iniuriosa . Magna enim fie/
bat ei iniuria quod in ciuitate illa que denominatur a pace . quia
iherusalem interpretatur visio pacis Ipse qui erat innocens pacez
inuenire non potuit. ysaie primo. Quomodo facta est meretrix ciui
tas fidelis. plena iudicijs. iusticia habitauit in ea. nunc autem ho/
micidę. Ideo christus incusans eam Mathei vicesimotercio dixit.
Iherusalem iherusalem que occidis prophetas q lapidas eos qui
ad te missi sunt quociens volui cōgregare filios tuos quemadmo/
dum gallina congregat pullos suos sub alas q noluisti. De eodez
redarguit habitatores ciuitatis huius beatus Stephanus Actuū
septimo. Dura ceruice q incircumcisi cordibus q auribus semper
vos spiritui sancto restitistis sicut patres vestri. ita q vos. quem pro
Ecce morior cum nihil horū fecerim que isti maliciose opposuer̄t aduersū me Dan.xiij. Verba ista dixit susāna de illis qui eam cum essz innocēs morti tradere voluerūt.⁊ nō potuerūt. Sic cōgrue poterat ista verba dicere xp̄s hodie pendēs in cruce de iudeis cum deberz expirare qui cum essz innocētissim⁹ morti cum tradiderūt. et p̄m hoc in verbis p̄missis duo tangūtur. Primū est passionis xp̄i lamentabilis acerbitas. Secundū est illaz inferenciū inexcusabilis crudelitas. Primuz ibi. Ecce morior. Ecce acerbitas. Quenam pena potest esse acerbior q̄z illa que mortem inducit. Secundū ibi Cum nihil horuz fecerim ꝛc̄. Magna crudelitas est hominem innocētem occidere. ¶Nota q̄ christ⁹ mortuus est morte amarissima ⁊ dolorosa. morte turpissima ⁊ ignominiosa. morte vtilissima ⁊ fructuosa. ¶Primo dico q̄ mortu⁹ est morte amarissima ⁊ dolorosa. Job.xxi. Iste moritur robustus ⁊ diues ⁊ felix alius vero. i. christ⁹ moritur in amaritudine aime sue absq̄ vllis opibus. Multi descendunt ad lectū mortis satis adhuc robusti. christus vero descendit ad lectum mortis. i. crucem valde debil Trenoz p̄. Infirmata est virtus mea dedit me domin⁹ in manum de qua nō possum surgere. O xp̄iane perpende debilitatē christi de qua hodie venit ad crucem. hesterno die pedes discipulorum lauit. tristatus vsq̄ ad mortē fuerat. sanguinē sudauerat. capt⁹ ⁊ ligat⁹ fuerat. p̄ totam noctē vigilauerat. ꝺsputus. alapis cesꝰ ⁊ collaphizatus fuerat postmodū flagellatus ⁊ spinis cozonatus fuit Ex hīs

omnibus adeo debilitatus fuit q̄ cum crucem suam portaret pre debilitate nimia ad locum passionis ferre non potuit. et ideo iudei angariauerunt symonem vt ferret crucem post ih̄m. Multi etiam moriuntur in magnis diuiciis quāuis eas hic relinquunt moriuntur eni in culcitris purpureis ⁊ lectis delicatis. Sz paup̄ x̄ps nec lectum nec stramina habuit. ꝯ nudus in cruce pependit. heu qualle spectaculū fures suspenduntur in vestibus. ꝯ christus nudus suspensus fuit Job. p̄. Nudus egressus sum de vtero matris mee ⁊c̄. Multi eciam moriuntur felices quātum ad hoc q̄ modo habent consolatores. isti dant verba suauia. alii̇ preparant delectabilia cibaria Alii̇ ornant lectisternia. Sed heu x̄pus hodie in agonia sua. his oibus caruit. consolatorez non habuit. ꝯ multa verba contumelioſa audiuit. p̄s. Improperiū expectauit cor meum ⁊ miseriam ⁊ sustiqui simul contristā. ⁊ non fuit ⁊ qui. conso. ⁊ non inueni. ¶ Quid dicam de cibo ⁊ potu cū ficiens in cruce non posset impetrare hausthum aque ꝯ oblatum fuit ei acetum cum mirra ⁊ felle adeo amaricatum qđ cum gustasset non posset bibere p̄ nimia amaritudine. Quid de hospicio cum ipse clamet Luc̄. ix. Vulpes foueas habēt ⁊ volucres celi nidos. filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. Omnino mors christi fuit amarissima Ideo ipe clamat Treñ. p̄mo. O vos omnes qui transitis p̄ viam attendite ⁊ videte si est dolor similis sicut dolor meus. quasi dicerz. Ad vos clamo qui p̄ omnibus vobis moriturus sum. Qui transitis p̄ viaz inquit id est estis in via huius mundi vbi ē loc⁹ condolendi. In celo non est locus dolendi pre nimio gaudio. In inferno non est locus condolendi pre obstinacione. Attendite inquit diligenter vt deflea tis. videte frequenter vt nunq̄z obliuiscamini quod hodie pro vob fieri oportet. Attēdite inquit et videte si est dolor similis sicut dolor meus. Ecce christus pro omnibus patitur. dolor eius est maxim⁹. ⁊ ideo omnes deberent ei compati. sed heu pauci compaciunt̄ Ihe ronim⁹. Omnis creatura christo morienti compatitur sol obscurat̄ terra mouetur. petre scindūtur. veluz templi diuidit̄. sepulchra aperiuntur. solus homo miser non ꝯpatitur p̄ quo solo x̄ps patitur. ¶ Nota q̄ dolor christi fuit maximus p̄pter tria. scz propter persone pacientis qualitatez. p̄pter pene affligentis varietatē. ⁊ p̄pter p̄pli crucifigentis crudelitatez. ¶ Primo dico q̄ dolor ei⁹ fuit maxim⁹

ꝓpter ꝑsone pacientis qualitatem. Fuit ſiquidem xp̄s qui pacieba
tur nature tenerrime. nec mirum q̄ de tenerrima virgine carnez aſ
ſumpſit. de ipſo dicitur. ij. Regū. xxiij. in figura dauid ipſe eſt quaſi
tenerrimus ligni vermiculus Et quia erat tenerrim⁹ ideo dolor e⁹
fuit acerrimus Aug⁹. Nulla natura niſi chriſti tenerior eſt q̄ ideo nl
lus dolor aſperior. dicitur autem vermiculus ꝙa cōtemptus fuit ꝑ
foratus q̄ abiectus ſicut vermis. pſal. Ego ſum vermis q̄ nō homo
opprobriū hominū abiectō plebis. vermicul⁹ inquit ligni q̄ ligno
crucis adheſit. ꝓpende acerbitatem doloris xp̄i. Si aliquis homo
groſſe oplexionis vno acu ſemel pungitur magnū ſentit dolorē. q̄n
tum putas dolorē xp̄m ſenſiſſe cuius delicatiſſimū corpus tociens
q̄ tam grauiter dilaceratū fuit. nunc ꝑ flagella. nunc ꝑ ſpincam co
ronam. nunc ꝑ magnos dolores q̄ hoc ꝑ magnos clauos. ¶ Secū
do dico q̄ dolor eius fuit maxim⁹ ꝓpter pene affligētis varietatē.
Non enī in vna parte corpis ꝫ in ſingulis membris penā ſuſtinuit.
pſal. Circūdederunt me dolores mortis. bñ dicit circūdederūt. ꝙa
ex omni parte fuit punit⁹. Bernh. Reſpice a planta pedis vſq̄ ad v
ticem vbiq̄ eſt meror vbiq̄ eſt dolor. reuera vbiq̄ dolor in corpore
xp̄i Nam caput arundine ꝑcutitur. ſpinis pūgitur Mat̄. xxvij. Co/
ronam de ſpinis poſuerūt ſup caput eius q̄ acceperūt arundinez p/
cucientes caput eius. Bernh. Diuinū illud caput angelicis treme
bundum ſpiritib⁹ multiplici ſpinarū diuerſitate denſatū vſq̄ ad ce
rebri tenerit udinē ofixum eſt dum ofigit̄ ſpina. O deus quot q̄ quā
tos dolores illud delicatiſſimū caput in tot q̄ tam ꝓfundis vulneri
bus paſſum eſt. Facies quoq̄ eius viliſſimis ſordib⁹ oſpuitur. Job
xxx. In faciem meaz non verentur ſpuere Bernh. Facies illa ſpeci/
oſa forma pre filijs hominū oſputa eſt q̄ collaphis afflicta addicta
illuſionibus. ſic nāq̄ ſcriptum eſt Ceperunt cōſpuere in eum q̄ per/
cutere faciem eius dicentes. ꝓphetiſa nobis xp̄e quis eſt qui te per
cuſſit. O q̄ lamentabilis facici diſpoſicio. facies inquā illa in quaz
angeli deſiderant proſpicere. tum ex liuore ꝑcuſſionis. tum ex com
mixtione ſputi in eum proiecti. q̄ ſanguinis a capite defluētis tam
deformis apparebat vt leproſi ſimilitudinem pretenderz. yſaie quin
quageſimotercio. Vidimus eum q̄ nō erat aſpectus q̄ nos eſtima/
uimus eum leproſum q̄ percuſſum a deo. Ipſe enim vulneratus eſt
propter iniquitates noſtras. manus inſuper q̄ pedes perforantur.

Psalmista. Foderunt manus meas ⁊ pedes meos Bernh. Manus ille q̄ celos fundauerat extēse sunt in cruce clauis trāsuerberate du rissimis. Heu quātus dolor inerat domino iesu xp̄o cum clauus illi⁹ immensitas ptes manuū ⁊ pedum penetraret. quid plura. Totus corpus cōcussus ē. ps. Ego in flagella patus sum ⁊ dolor meus in ospectu meo semp. Attende o xp̄iane vide ⁊ disce hodie penas q̄s xp̄us p te sustinuit. ysa. liij. Vere lāguores nostros ipse portauit ⁊ infirmitates nostros ipse tulit. ¶ Tercio dico q̄ xp̄i dolor maxim⁹ fuit ꝓpter populi crucifigētis crudelitatem. Treñ. iij. Filia populi mei crudelis q̄si struthio in deserto. Strucio indurat ad filios suos q̄ si non sint sui. vt dicit Job. xxxix. Sic iudei ad xp̄m qui de eor̄ stirpe erat natus hodie indurati sunt. Maxima crudelitas fuit q̄ ip̄m qui innocentissim⁹ erat occiderūt. De cui⁹ innocēcia dicit p. Pet. ij. Peccatum nō fecit nec inuentus est dol⁹ in ore. ideo ꝺpatur agno. ysa. liij. Sic ouis ad occisionē ductus est ⁊ quasi agnus coram tondente se obmutescz ⁊ non apiet os suum. Maior crudelitas q̄ illum qui multa bona eis cōtulerat occiderūt. patres eorū de terra egipti deduxerat. hostes eorum debellauerat. et terram promissionis eis dederat. in qua apparens in carne multa signa fecerat. infirmos sanauerat. et mortuos suscitauerat. Eciā his omnib⁹ iudei igrati ipsuz tam crudeliter occiderunt Ideo ipse dominus conqueritur Mich. sexto Populo meus quid feci tibi aut quid molestus fui tibi respondo mihi quia eduxi te de terra egipti de domo seruitutis liberaui te ⁊ misi ante faciem tuam moysen ⁊ aaron. quasi dicerz. Crudelitez agis contra me ego maxima beneficia contuli tibi ⁊ tu maximas iniurias irrogas mihi. Deut. xxxij. Heccine reddis domino populo stulte ⁊ insipiens. Magna crudelitas q̄ antequā occiderent eum tot penas multiplicauerunt ⁊ dolorem suum prolongauerunt Inceperunt circa principium noctis eum affligere et cōtinuauerunt vsq̄ ad meridiem Job tricesimo. Irruerunt super me ⁊ ad meas miserias deuoluti sunt. nunc autem in memetipso marcescit anima mea ⁊ possident me dies afflictionis. Nocte os meuz pforatur doloꝛib⁹ ⁊ qui comedūt me non dormiunt. et sic patz primū principale q̄ est mortuus morte amarissima ⁊ dolorosa. ¶ Secundo mortuus est morte turpissima ⁊ ignominiosa Sap. ij. Glaꝛ p̄rem se hꝛe deum ꝺtumelijs ⁊ tormētis inꝛogem⁹ eū vt sciamus

reuerẽciam eius id est vtq; reuerendus fit filius dei et ꝓbemus pa/
cienciaz illius morte turpissima odẽnem⁹ eũ. Heu quãta fuit stul
ticia iudeorum Miracula multa viderunt ꝛ nolucrunt credere esse
filium dei Johan.x. Si non facio opera patris mei nolite mihi cre/
dere. si autẽ facio ꝛ non vultis mihi credere operibus credite vt cog
noscatis ꝛ credatis. quia pater in me est ꝛ ego in patre Modo volu
erunt ꝓbare ꝑ contumelias ꝛ tormenta si esset filius dei vt si inter
tot penas ꝛ contumelias essz paciens crederetur esse filius dei qua
si maius essz paciẽciam habere q̃z miracula facere. sed ipse paciẽtis/
simus fuit in omnibus ꝛ tamen illi minime pepcerunt ei imo mor/
te turpissima occiderũt. morte inquiũt turpissima condẽnemus eũ.
¶ Sed nota q̃ mors christi fuit turpissima siue ignominiosa. racõ
ne loci. racione consorcij. racõne supplicij. ¶ Primo racõne loci q;
in turpi loco scz in loco caluarie vbi malefactoẽs occidebãtur. ma
gna fuit contumelia christũ in loco furum ꝛ latronum ꝛ homici/
darum occidere Johãnis.xix. Exiuit in euz qui dicit caluarie locũ
vbi crucifixerunt eum. Attẽde o homo ꝛ dele hodie cõfusionẽ quã
christus hodie in tam turpi loco sustinuit. Item in loco turpi pati
voluit vt te ad locum glorie ꝓduceret. Joh.xiiij. Vado parare vo
bis locum. ¶ Secundo fuit ignominiosa racione consorcij quia in
ter latrones suspẽsus ẽ Lu.xxiij Crucifixerũt eum ꝛ latrones aliũ a
dextris ꝛ aliũ a sinistris ysa.liij. Tradidit in mortẽ animã suã ꝛ cũ
sceleratis reputatus ẽ O homo refer hodie grates xp̃o qui voluit fi
eri socius latronũ vt te faceret socium angelo ꝓ Cogita hodie si po
tes confusionẽ quã christ⁹ sustinuit cum videret a dextris latronẽ
vnum ꝛ a sinistris alium ꝛ se suspensum in medio quasi esset deteri
or vtroq; latrone. psal. Propter te sustinui opprobrium operuit cõ
fusio faciem meã supple quia inter latrones suspensus fui extrane⁹
factus sum fratrib⁹ meis. i. iudeis qui hodie xp̃m tractauerũt nõ vt
fratrem ꝛ vt furem suspenderũt. ¶ Tercio fuit ignominiosa racõne
supplicij. qz in ligno suspensus fuit. qz in lege non fuit turpior mors
q̃z suspendi in ligno. Deut.xxi. Maledict⁹ omis qui pendit in ligno
Heu quid tibi factũ est hodie o bone iesu Jn die palmarum ꝓcesse/
runt tibi obuiam de iherusalẽ ꝛ clamauerunt Benedictus qui ve/
nit in nomine domini rex israhel hodie ejecerũt te de iherusalẽ et su
spenderũt in patibulo acũ esses maledictus inter filios iherusalem

Attende o homo q nunquã recedat de corde tuo lignuz crucis in quo hodie suspensus fuit q propter te voluit reputari maledictus vt te a peccato eriperet q eterna benedictione benediceret. ad Gal. iij. Christus nos redemit de maledictione legis. factus pro nobis maledictus. quia scriptum est. Maledictus homo qui pendet in ligno vt in gentibus fieret benedictio. Sic patet secũdum principale. scz ꝙ christus mortuus est morte turpissima q ignominiosa ¶ Tercio dico ꝙ mortuus est morte vtilissima q fructuosa. ideo eni christus sustinuit mortem corporis vt nos a morte anime liberaret Ebreoꝝ secundo. Vidimus iesum propter passionem mortis gloria q honore coronatum vt gracia dei ꝓ omnibus gustaret mortem. quasi diceret. Ideo est mortuus vt omnes a morte liberaret. Ecce q̃ vtilis fuit mors christi de cuius vtilitate ꝓphetauit cayphas Johãnis. xi. Expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo q nõ tota gens pereat. ¶ Nota ꝙ mors christi vtilis fuit q fructuosa est nobis quãtum ad tria. Per ipsam enim deo reconciliamur. Ad eꝰ amorem inflammamur. Et ad patriam de qua electi sumus reuocamur. ¶ Primo dico ꝙ per mortem christi deo reconciliamur. Deus siquidem per peccatum primorum parentum adeo offensus fuerat ꝙ nullus eum placare poterat. ideo propheta dolẽs clamabat. Usquequo domine auertis faciem tuam in finem eraz. sicut ignis ira tua. Sed hodie christus seipsum in mortem offerens pro homine iram patris placauit. Rõ. v. Reconciliati sumꝰ deo ꝑ mortem filij eius. Ecce q̃ vtilis mors christi per quã reconciliati sumꝰ deo. In huius signũ christus in cruce inclinato capite tradidit spiritum. quasi diceꝛz. Ideo mori debeo caput ad osculũ inclino q homĩ cuius inimicus eram ad graciam meam recipio. Istud osculum desiderabat salomon Canticoꝝ. viij. Quis inquit mihi det vt te fratrem meum sugentem vbera matris mee scz in carnis assumptione. inueniam foris id est extra iherusalem in loco caluarie in passione q deosculer te id est reconcilier tibi. O peccatoꝛ rogo te hodie per sanguinem christi vt hodie attendas christum in cruce inclinato capite pendentem curre gratuite ad eum per penitẽciaz funde hodie lacrimas pro peccatis tuis pro quibus christus sanguinem q lacrimas fudit. ¶ Secundo per mortem eius scz christi ad eius dilectõnem inflammamur Roma. v. Commendat deus

caritatē suā in nobis qm̄ cum adhuc peccatores essemus christus pro nobis mortuus est. multomagis nunc sancti in sanguine ipi9 salui erimus ab ira p ipsum. perpende si potes caritatem christi q̄ dilexit nos christ9 adeo vt mortem sustineret p nobis Hanc caritatem christus cōmendat in nobis vt nos eciam ipsum diligamus. Magna fuit caritas q̄ iustus voluit mori p iniustis. dominus pro seruis. innocēs pro reis. deus pro hominibus. sanctus p peccatoribus. i. Petri. iij. Xp̄s semel p peccatis nostris mortuus est iustus p iniustis vt nos offerret deo. mortuos quidem carne. viuificatos autem spiritu. O homo porta in corde tuo iugiter istud beneficium dilectōnis vt deum semp diligas et nunq̄ obliuiscaris penaruz quas p te sustinuit Canticor. viij. Pone me vt signaculum in corde tuo vt nūq̄ obliuiscaris. signaculū sup brachia tua scz vt me in bonis operibus sequaris. qz fortis est vt mors dilectio tua id est adeo dilexi te vt mortem pro te sustinerē. Leo papa Sūmum et potissimum misericordie dñice sacramētuz semp est in cordibus nostris retinēdum scz passio domini. Si vis o homo caritatem habere ad deum iugiter passionē xp̄i in corde reuolue. Pensa quātum te dilexit qui p te mori voluit. ideo christus latus suum aperire fecit siue pmisit vt ostenderet q̄ toto corde te diligeret. ¶ Tercio p mortē xp̄i ad patriam de qua electi sum9 reuocamur Hebre. ix. Ideo noui testamēti mediator est vt morte intercedente in redemptionē earum p̄uaricacōnū que erant sub priori testamēto repromissionē accipiant qui vocati sunt eterne hereditatis. Istud p̄figuratū fuit Numeri. xxv. vbi dicitur q̄ in morte summi pontificis p̄fugus reuertebat in patriam Sic hodie exquo summ9 pontifex mortuus est homo p̄fug9 ad celestem patriam reuocatur. In huius signum extendit christ9 manus suas in cruce in altum vt omnes ad se vocaret Johannis .xij. Ego autem si exaltatus fuero a terra omnia trahaam ad meipsum. Curre o homo secure ad patriam ad quam christus de cruce te vocat In huius signum christus dixit latroni. Amē dico tibi hodie mecum eris in paradiso Ad hanc patriam nos p̄ducat qui p nobis mortuus est ihs christus. Amen.

¶ Item sequitur alius sermo. In passione

O Vos omnes qui transitis p viam attendite⁊ videte si est dolor similis sicut dolor meus. Treñ.p. Hec verba potẽat dicere christ⁹ cum in cruce penderet manibus ⁊ pedibus transfixis ⁊ omnia membra dolerent. tunc flendo poterat dicere. O vos omnes qui.ẽ. In quib⁹ verbis duo tanguntur. ¶Prio hortatur affectum nostrũ ad ꝓpassionẽ vt passionem eius defleam⁹ cũ dicit. O vos omnes qui transitis p viam attendite. ¶Secũdo excitat intellectum ad cognicõem vt passionis acerbitatẽ inspiciam⁹. cum dicit. Et videte si est dolor simil' sicut dolor meus. q̃si diceret. Omnes p quib⁹ pacior rogo vt mecum fleant ⁊ vt ãplius flere possint hortor vt acerbitatẽ pene mee inspiciãt. Attendite inquit⁊ videte O xp̃iane attẽde ⁊ vide hodie quatuor que tibi sunt valde vtilia Primo vide dolorem christi patientis. Secundo dolorẽ mẽris ꝓpacientis. Tercio crudelitatẽ populi occidentis. Quarto vtilitatẽ effectus ex christi passione ꝓueniẽtis ¶Primo vide dolorẽ christi patientis. Treñ.p. Audite obsecro vniuersi ꝑpli ⁊ videte dolorẽ meũ. Ecce xp̃s obsecrat ⁊ rogat omnes vt audiãt ⁊ videant dolorẽ suũ Si non eras presens vbi christ⁹ passus fuit ⁊ videas oculo dolorẽ quẽ p te sustinuit vt ei compaciaris cui eciã insẽsibilia hodie compaciebanť Jeronim⁹ Omnis creatura christo morienti compatitur. sol obscuratur. terra mouetur. petre scinduntur. velum templi i duas partes diuiditur. sepulchra aperiuntur. Solus miser homo nõ compatitur pro quo solo christus patitur. O homo attende vt possis hodie christo compati compassionis eius oracionem propono tibi ¶Nota q̃p in vigilia palmarum venit christus in bethaniam q̃ erat ꝓpe ierusalem ⁊ ibi maria magdalena precioso vngento vnxit pedes ihu. Et ex hoc iudas indignatus fremebat contra eam⁊ dicebat. Quare hoc vngentũ nõ essz venditum. ccc. denarijs et esset datum egenis. Iste pessimus iudas solebat portare elemosinam que dabatur christo ⁊ furabatur partem suam inde. ⁊ vt vult magister in hist̃rijs. decimam ꝑtem furabatur et ita si vngentuz illõ venditum fuisset trecentis denarijs furatus fuissz inde triginta denarios. ⁊ ꝓpter hoc vendidit christũ p. xxx. denarijs vt recuperarz p traditionem quod non poterat habere per furtum. Unde feria quarta sequenti post palmas accessit ad iudeos ⁊ vendidit eis christum Matẽ. xxvi. Tunc abijt vn⁹ de duodeci q̃ dicit iudas ad pri.

sacerdotū ⁊ ait illis. Quid vultis mihi dare ⁊ ego vobis eum tradā At illi ostituerūt ei triginta argēteos. O iuda q̄d feciſti tu nō vēt vadis ad iudeos ⁊ exhibes illum venalē cuius vna gutta sangu nis dignior est omni auro ⁊ argento. ponis in optionē iudeoꝝ q̄d ⁊ quātū velint tibi dare exhibent tibi triginta argēteos ⁊ statim es contētus Heu quid factum est creatura vendit creatorem. Seruus dominū. discipulus magistrum. familiaris amicū Post hoc iudas rediit ad christū ⁊ feria quinta cenauit cum eo ⁊ christus lauit pe des suos ⁊ dedit ei corp⁹ suum ⁊ sanguinē ⁊ adhuc animus eius le nire non potuit. Sed facta cena cum iam esset nox exiuit de loco ce ne ⁊ venit ad iudeos. Medio tempore christ⁹ p̄dicauit discipulis su is Et facto sermone venit cum eis in montem oliuaruꝫ ⁊ dixit eis. Sedete hic donec illuc vadam ⁊ orem Assumpto petro ⁊ duob⁹ fi lijs zebedei cepit contristari ⁊ mestus esse valde ⁊ p̄gress⁹ pusilluꝫ p̄cidit in faciem suā orans ⁊ dicens. P̄r si possibile est ⁊c̄. In hac oracōe xp̄us secm̄ rationē voluit vt non exaudiretur. ꝯ ido orauit vt ostenderꝫ se assumpsisse carnē infirmam que abhorruit mortem ⁊ vt daret nobis formā q̄ imminēte tribulacōe ad oracōem con fugiamus. Nota qualiter venit ad discipulos ⁊ inuenit eos dormi entes ⁊ monuit eos vt surgerēt ⁊ orarēt ⁊ q̄ tam tristis fuit ex ois deracōe imminētis passionis ⁊ mestus q̄ angelus de celo veniens consolabat cum In summa tristicia erat cū p̄ tristicia sanguinē su daret. O homo p̄ te tristis fuit vt te ad ēnaꝫ p̄duceret vitam Inde surgens ab oracōe dixit discipulis suis. Venit hora ⁊ filius homi nis tradetur in manus pctōrum Ecce qui me tradet p̄pe est. Tunc venit iudas cum magna turba cū gladijs ⁊ fustib⁹ ⁊ ihūs p̄cessit ⁊ dixit eis. quē q̄ritis. ⁊ cū dicerēt Ihm nazarenuꝫ Ille dixit. Ego sum At illi audito hoc ceciderūt in terrā. hoc factum est bis. O ho mo hic perpēde xp̄i potēciam qui turbam armataꝫ p̄strauit ad ter ram solo verbo. ꝑpende eciā eius pacīēciam quod a traditoē suo se p̄misit osculari Nota de petro qualiē amputauit malcho auricu lam eius. ⁊ qualiē ihs sanauit eum Tunc comp̄hendit⁹ ⁊ ligat⁹ discipuli eius omnes eo relicto fugerūt. Quid agis o petre p̄ceptī vespere dixisti xp̄o paratus sum tecū in carcerem ⁊ in mortē ire ⁊ modo fugis. Quid tu iohannes filius matertere xp̄i qui in cena re cubuisti supra pectus eius mḡrm ⁊ cognatū tuum deseris relinq̄s

palliū ꝙ nudus aufugis. Quid agitis o vos oēs apostoli ofiliarij
xp̄i omnes fugitis ꝙ nec vn⁹ vestr̄ remanet cū xp̄o. ꝓpende quāta
tunc fuerit in corde xp̄i mestitia cum iudei cum cōprehēderēt ꝙ vin
ctum instar furis traherēt ꝙ oēs apli fugerēt. Tunc ihs duct⁹ est
ad annā qui erat socer cayphe qui fuit pōtifex anni illi⁹ ꝙ ꝑm glō.
sup ioh̄z. Caiphas venit ad domū anne ꝙ ibi cogaz illis duob⁹ to/
ta nocte illusus fuit. ¶ Nota hic qualiē ofput⁹ velatus collaphisat⁹
ꝙ de alapa quā minister pontificis ei dedit ꝙ q̄ꝑacienē rndit ei Et
de negacōe petri ꝙ de fletu qualiē xp̄s cum respexit ꝙ qualiter hec i
nocte contigerūt ideo matutine dicūtur in nocte. Quādo ergo es i
matutinis cogita hec omnia que xp̄s ꝓ te sustinuit. vñ p̄s. In ma
tutinis meditabor i te Mane ductus fuit ad domū caiphe ad pilatū
qui ꝑm glō. habuit pretoriū in domo caiphe ꝙ ibi multipliciter ac/
cusatus fuit. ¶ Nota qualiter pilatus misit cuz ad herodē ꝙ qualiē
herodes respuit eum ꝙ illusit eū ꝙ indutū veste alba remisit ad pila/
tū. ꝙ qualiē pilatus excusabat eum ꝙ qualiē iudei instabāt vt dimit
teret eis barrabā ꝙ xp̄s occideret. interfectorē hominis petebāt di/
mitti ꝙ factorem hom̄is crucifigi. ꝙ qualiē pilatus lauit manus ꝙ
clamabāt iudei. sanguis eius sup nos ꝙ sup filios nostros. In me/
moriā hor̄ dicitur ꝑma in mane vt tu hora ꝑma cogites quid tūc
xp̄s ꝓ te passus fuerit ¶ Circa horā terciā pilat⁹ fecit ihm flagella
ri ꝓpter hoc ꝑm Aug⁹. vt iudei saciati p̄nis suis desisterēt ab accu
sacione ꝙ cum nollēt desistere ꝫ clamarēt. Crucifige crucifige eum
barrabā dimisit ꝙ ihm tradidit voluntati eor̄. Tunc milites cōuo
cauerunt turbā ꝙ induerūt eum purpura et posuerunt spinēā coro/
nam sup caput eius ꝙ arūdinē in manu ei⁹ et genuflexo illudebant
ei dicētes. Aue rex iudeor̄ ꝙ ꝑcutiebant caput ei⁹ arundine et con
spuebāt in eum. Heu quāta illusio simlet pena. fecerūt cuz regez de
risionis sicut pueri faciūt cesarē in pascha ꝙ purpura induerūt ver
bis salutauerūt. sputis inquinauerūt. verber⁹ afflixerūt. ꝓpende
dolorē si potes que passus est cum corona spinea delicato capiti im
primeret vide augmētum doloris qñ corona illa cū arūdine vsq̄
ad cerebr̄ incuteret. tūc poterat dicere illō p̄s. Sup dolorē vulne
rum meor̄ addiderūt. p⁹ea exuerūt eum purpura ꝙ indutū vestimē
tis ꝓprijs ducūt vt crucifigat ꝙ imponūt ei crucē quā ꝓprijs hūeris
portabat. ꝫ quia ex vigilijs ꝙ penis quas tota nocte sustinuerat de/

bilitatus fuit ꝙ iudei cum crucem portaret ꝓficientes cum luto ad terram oprimebant. ita defecit ꝙ crucem ad locū passionis ferre nō poterat ideo angariauerūt symonē vt ferret crucē ꝑ ibm Bernh. Dum xps precone clamante pilato imperante crucez baiulans ad suppliciū traheret. factus est cōcursus populorū ꝑ ipsum eunciū ꝙ clamancium Alij post ipsum ibant ridentes ꝙ illudentes. alij ꝓficiebant lutum ꝙ stercora et imundicias in caput et i faciem suam In hoꝛ memoriā dicit tercia vt tu hora tercia cogites quid xpus ꝓ te passus sit. ¶ Postea hora sexta vestibus nudatus ē ꝙ crucifixus et cum eo duo latrones quoꝝ vnus blasphemauit alius dixit Memento mei domine ꝛc̄. Ibi iudei blasphemabāt dicētes Vach qui destruit templū ꝛc̄. alij clamabant alios saluos fecit ꝛc̄. Ibi ꝓ crucifixorib⁹ orauit. matrē discipulo cōmendauit. amaē plorauit et tenebre facte sunt ꝓ totum mūdum ab hora sexta vsq; ad horam nonā In hoꝛ memoriā dicit sexta vt tu hora sexta cogites quid xps ꝓ te passus sit. ¶ Postea circa horā nonā dixit ihs Sicio ꝙ cū potarēt eum clamauit. heli heli lamazabatani ꝛc̄. Et obtulerūt ei acetum amarissimū mixtū cum felle ꝙ mirra vt dicit Aug⁹. Sz cum gustasset pre amaritudine nō potuit bibere. ꝙ clamans voce magna dixit. Pater in manꝰ tuas ꝺmendo spi.me. emisit spiritus Tunc velum tēpli scissum ꝙ terra mota est ꝙ monumēta apta sunt ꝙ petre scisse sunt. tunc vnꝰ militū lancea latus eiꝰ aperuit ꝙ continuo exiuit sanguis ꝙ aqua In hoꝛ memoriā dicit nona vt tu cogites quid xps in hac hora ꝓ te passus sit et quid cum xpo actuz sit. sic debes videre dolorē xpi pacientis. De meroꝛe matris tangā in sequēti sermone. Quia eni hora nona passio xpi finem habuit. ideo fit hic finis sermonis q̄ est de passione xpi quā ꝓ nobis sustinuit. Cui sit honoꝛ ꝙ gloria in secula seculoꝝ. Amen. ¶ passiōe filij

¶ Item alius sermo. de dolore vgis matris

AVdite obsecro vniuersi populi ꝙ videte dolorem meū Treꝛ ꝑmo. Sicut verba illa O vos omnes qui transitis ꝓ viam. ꝛc̄. possunt esse christi in cruce pendentis. sic verba ista Obsecro audite vniuer. ꝛc̄. possunt esse matris christi sub cruce plangentis. Scōm hoc in verbis premissis beata virgo exprimit duplicem dolorem quē hodie passa est sz dolorē exteriorez quē habuit exterius in vlulādo ꝙ in plāgendo. Et dolorē interiorem quē

habuit interius summā tristiciā pacientdo Primuz innuit cum dic̄ Audite obsecro scz q̄lic̄ plango ꝙ voce dolorosa clamo. Secōz innuit cū dicit. Et videte dolorē meū quē scz in corde sustineo. audite inquit vniuersi populi o vos omnes qui estis hic cōgregati si hodie nō fuistis moti ad fletum ex passione xpi moueamini saltem modo ex merore mris christi Jhere. ix. Deducāt oculi mei lacrimas ꝙ palpebre mee defluant aq̄s. q2 vox lamentacōis audita est de syō. i. de beata virgie q̄ significatur p syō. Sion q̄ppe interp̄tat speculū ꝙ btā virgo speculū dicit. q2 mūdissima fuit ad instar speculi. Ez heu istud speculū hodie ex ēsticia ꝙ lacris decoloratū fuit Can. i. Nolite me o ſiderare ꝙ fusc. sim q2 decolo. me sol. i. xps cui⁹ dolor matrē ofusca uit. Nota ꝙ hodie oculis mentis videre debem⁹ quatuor. dolorē scz pacientis. merorem matris cōpacientis. crudelitatē populi occidentis. vtilitatem effect⁹ ex passione xpi puenientis. De p̄mo dictuz est in sermone precedenti. secundo videre debem⁹ merorem matris compacientis Johan. xix. Cum vidisz ihūs matrem ꝙ discipulum stantē quē diligebat dicit matri sue. mulier ecce filius tu⁹ Ecce xps oculis carnis ſi nul ꝙ mentis vidit merorē matris. Vide ꝙ tu hodie qui filius es spūalis beate virginis ei⁹ merorē oculis cordis. vide inquā vt defleas vt ipsa hodie videat te ꝙ grām impetret tibi. vide ꝙ cōſidera q̄diu dolor eius durauit Incepit inquā de nocte ante pasceuen ꝙ cōtinue durauit vsq̄ ad diē resurrectiōis Bern̄h. ad beatā virginē dicit Indica mihi ſi in ihrlm eras q̄n captus fuit filius tu⁹ ꝙ vinctus ad annā traditus ꝙ ductus. cui illa. in ihrlm erā bñ hoc audiui gressu qualicūq̄ potui ꝙ vix potui ad domū meam tandem flens pueni. Cūq̄ fuissem illum intuita p̄cuti ꝙ alapis cedi facie dispui. spinis coronari. ꝙ opprobriū hominū fieri. omota sunt omnia viscera mea ꝙ defecit spiritus meus ꝙ non erat mihi fere vox neq̄ sensus. heu quātus dolor tūc inerat cordi eius cuz viderz ꝙ facies xpi iocundissima quōdā ꝙ speciosissima. nunc velaret. nunc cōſpueret. nunc p̄cuteretur. Cuz viderz ꝙ milites coronam spineā plecterēt ꝙ capiti eius imponerēt ꝙ sanguis de capite ad faciē ōfluēret ꝙ lacrime de oculis commiscerēt se cum sputo ab ore iudeorum in faciem eius p̄iecto ꝙ faciem illam adeo deformarēt ꝙ apparuit i facie similis leproso. ysaie. liij. Non est ei species neq̄ decor vidim⁹ eum ꝙnō erat rē. Quicquid enim sustinuit in domo anne in nocte ꝙ

de mane coram pilato totuz beata virgo vidit et audiuit ꝙ inꝰ hec omnia beata virgo nullū habuit consolatorē. ꝗuis enī sorores eiꝰ ꝙ beata maria magda. penes eā cēnt vt dicit ꝑtūs Bernū. Ille cum ea adeo plorabāt ꝙ nulla ipsaꝝ eam consolari poterat. Pensa do lorem quē habuit cum audiuit. crucifige crucifige eum. cum vide ret eum crucē suam portātem. cum videret eū denudari ꝙ trāssigi manus ꝙ pedes. fel ꝓpinari. cum audiret eū dicētem. ſicio ꝙ potum ei ministrare nō posset. Heu quātus dolor inerat ei cum audiret fi/ lium de cruce voce lacrimosa dicētem sibi. Mulier ecce filius tuus quasi dicerz. Tecum eē non possum ꝛmendo te cognato tuo. Heu qualis ꝛmutatō. ꝑ filio datur ꝛgnatus. ꝑ dño seruꝰ. ꝑ mgro dis cipulus. Cū hec mr̄ audiret flebat ꝙ clamabat ꝑm Bernh. Fili mi Ue mihi ꝗs mihi dabit vt ego moriar ꝑ te misera ego quid faciaz moriē filiꝰ cur non moritur tecū hec mestissiā matē. O fili mi amor vnice. fili dulcissime noli me derelinquere. O fili recognosce mr̄em ꝙ exaudi precē meaz Decz enī filiū exaudire mr̄ēm desolatā. exau/ di me obsecro in tuo me suscipe patibulo. vt qui vna carne viuunt ꝙ vno se diligūt amore vna morte ꝑeant. O iudei miseri. o iudi im pij nolite mihi ꝑcere exquo natum vnicū crucifigitis ꝙ mr̄ez cru/ cifigite. aut alia quacunqꝫ morte seua perimite dummodo cum fi/ lio meo simul finiā vitā. Tollite suspēdite mr̄em cū filio suo. Pēsa quātus dolor inerat ei cum viderz filiū lacrimātem in cruce ꝙ au/ diret cum clamore valido expirantem Bernū. Nec lingua loqui nec mens cogitare pōt quāto dolore tunc tenebaē aīma marie. iuxē cru cem stabat ꝗsi mortua mr̄. vox nō erat illi. dolor abstulerat vires. imo strata iacebat pallēs. anīa viuēs viuebat moriēs. ꝙ viuēs mor tua erat. Ibi stabat volēs expectās xpi corpꝰ deponi de cruce plora bat hec dicens Reddite mi nūc misere corpꝰ exanie. implestis vota. extinctum deponite matri. iuxta crucem stabat mater cōsiderans vultu benigno ipsum pendentem in crucis stipite seuo pedibus qꝫ nitens manus in altum leuabat. amplectens crucē ruens in oscu/ la eius qua parte ipse sanguis ꝙ vnda manabāt. O ꝗ male illi erat grauꝰ illi erat tūc vita tali viuē ꝗ mortis gladio ab ipijs seue ne cari hucusqꝫ. Bernh. tunc impletū est illud symeonis. Tuā ipsius aiam ꝑtrā. gla. vt reuelētur ex mlt̄. cor. cogi. ¶ Postea circa horaz vespertinam accessit ioseph ad pilatum ꝙ peciit sibi dari corpus et

vocans ad se nichodemū venit cum eo ad deponendum corpus ie/
su Quos vt vidit maria volentes deponere corp⁹ iesu quasi de mor
te consurgens paululum reuirit spiritus eius ⁊ quod poterat mini
sterium exhibebat vt dicit Bernō. Unus clauos de manibus tra/
hebat. alius ne caderet corpus exanime sustentabat Stabat ⁊ ma
ter brachia leuans in altum ⁊ caput ⁊ manus christi depositas su
per pectus triste trahebat. Et cum de cruce in terrā depositus erat
super corpus niens pre immensitate doloris quasi mortua stetit. et
transire non posse visa est. Stabat ad caput sui extincti filij mater
amarissime plangens lacrimis. faciem eius rigans manibusq; se p
cuciebat dicens. O mesta mater o dolens virgo quid feciſti fili dul
cissime. quia iudei crudelissiē te crucifixerunt. in gremio meo te mor
tuum teneo tristissima est mater tua. fili mi vbi est totum gaudiuz
quod in natiuitate tua habui. Ue mihi in quātum dolorem ⁊ tristi
ciam conuersum est gaudium meum. In memoriā depoficōis cor
poris christi de cruce dicuntur vespere. Cum ergo tu homo venēs
ad vesp̄as dese mortem christi ⁊ dolorem quē beata virgo sustinu
it cum corpus christi deponeret de cruce. ¶ Postea circa horaz cō/
pletorij cum ioseph ⁊ nichodemus ponerēt corpus in sepulchrum
volebat mater sua sepeliri cum eo. Unde dicit Bernō. Etiam erat
innixa sup eum ⁊ amplectens ⁊ deosculans dicebat. Miserimi mei
saltem vos amici mei illum relinquite adhuc paululum mihi vt fa
ciem eius valeam contēplari ⁊ aliquātuluz consolari. O amici mei
carissimi nolite tam cito tradere cum sepulture date illum mihi mi
sere matri sue vt habeam illum saltem mortuum Aut si ponitis cuz
in sepulchrum me miseram sepelite cum eo Illi ponebant christum
in sepulchro ꝫ mater ꝑtrahebat christū ad se. omnes enim cuz ma/
tre amarissime flebant ita vt vix quisq; cor posset ad plenuz verba
formare ⁊ sic cum magno fletu dominū vite ⁊ mortis sepulture de
derunt. In huius memoriam dicitur cōpletorium Cum ergo vene
ris ad completorium dese sepulturam christi ⁊ dolorē quē mr̄ susti
nuit cum sepulcrum domini cum lapide magno clauderetur. ¶
Cogita in quātum pallorem illa pulchra ⁊ decora facies beate vir
ginis versa est et tam multiplici dolore quē tam diu passa est ⁊ eciā
et tam otinuis lacrimis quas sine intermissōe fudit Ipsa dicentes
tunc poterat dicere illud Noemi. nō vocetis me noemi. i. pulchram

ꝫ vocate me marã. i. amarã qꝛ amaritudine valde repleuit me omnipotẽs Ruth. i. Hic btã virgo ponit in exẽpluꝫ omnibꝰ tribulatis Sic̃ eni btã virgo post tribulacõez quã hodie sustinuit recepit cõsolacõem qñ eiꝰ filius a morte resurrexit. Sic illi qui sunt pacientes in presenti tribulacõe ꝺsolabunt eterna remuneracõe Hebꝛeo. x. Paciẽcia vobis nccia est vt voluntatẽ ꝺi facientes reportetis repro missiõem id est mercedẽ eternã tribulatis ꝓmissam. quã nobis meritis beate virginis ꝺcedat qui ꝓ nobis passus et mortuus est cui sit honoꝛ q gloꝛia in secula seculoꝝ. Amen. ¶ De alĩs duobꝰ mẽbris hic non ꝓsequor ꝙa de eis dictum est supꝛa in illo sermone. Ecce moꝛioꝛ. ꝛc̃.

¶ Item alius sermo. De passione dñi.

Tradidit in mortẽ animã suaz q cum sceleratis reputatus ẽ ipse peccata multoꝝ tulit q ꝓ transgressoꝛibus oꝛauit. ysaie. liĩ. In verbis his describunt quatuoꝛ circa passionem xp̃i Ipsa quidẽ passio fuit a xp̃o susceptа voluntarie. et illud tangit cum dicit. Tradidit in mortẽ animã suam. Jo. x. Ego pono aiaz meã q iterũ assumo eam q nẽo tollet eã a me ꝫ ego pono a meipso Item fuit plena ꝺtumelia illud tangit cum dicit. et cum sceleratis reputatꝰ est Lu. xxiĩ. Crucifixerũt ibm q latrones vnũ a dexteris q alium a sinistris. Item fuit magne efficacie. illud tãgitur cũ dicitur. et ipse pecca. multo. tu. Hebꝛe. x. Xp̃s semel oblatus est ad mlt̃oꝝ exhauriẽda pcã. Item fuit caritatis eximie. illud tãgitur cuz ꝺꝛ. et ꝓ transꝛoꝛa. Lu. xxiĩ. Pater dimitte illꝝ. qꝛ ne. quid faci. ¶ Nota circa passionẽ xp̃i quatuoꝛ. doloꝛis intensionẽ. testamẽti ꝺdinacionem. inimicoꝝ ꝺsolacionẽ. amicoꝝ desolacõem. ¶ Primo dico qꝺ circa mortẽ christi fuit doloꝛis intensio Job. xxi Iste moꝛit diues q ro. q felix alius moꝛit in amaritudine anime sue absq; vllis opibus. Heu in quãta amaritudine q pauꝓtate xp̃s moꝛtuꝰ est Nam acerbissimũ doloꝛẽ habuit q pauꝓimus fuit adeo qꝺ nudus pepẽdit in cruce q in extrema nccitate nec vnuz haustũ aque habẽ potuit. Vis scire q̃ immẽsus doloꝛ moꝛtis eiꝰ extiterit audi. Cuz imminẽte eiꝰ passiõe de morte cogitaz adeo tristis fcũs est qꝺ sanguinẽ sudauit in tãta abũdancia qꝺ ecliã de coꝛpe suo decurrit ad t̃rã Eccĩ. xli. O moꝛs q̃ amara est memoꝛia tua Si tã amaꝛ eꝛat xp̃o cogitare de morte quantum putas qꝺ senserit doloꝛem cum iam

mors instaret. ¶Nota q̄ christus habuit tunc dolorem magnum in se. maiorem habuit in matre. maximū de homis ingratitudine. ¶ Primo dico q̄ magnū habuit dolorez in se. ij. Machabeor. iiij. iā qui viderit vultum summi sacerdotis. i. christi mente vulnerabitur id est vulnerari poterit. Facies enim ꝙ color mutatus declarabant internū animi dolorem O q̄ durum cor iudei habuerūt ad christū viderunt faciem pre dolore pallescentez. viderunt cum lacrimantē audierūt eum clamantem ꝙ in omnib⁹ erat pacientissim⁹ ꝙ cuz nemo ei cōpatiebatur quis poterit explicare dolorē quē christ⁹ habuit in se Magnus vtiq̄ fuit quia diu durauit scilicz a principio noctis vsq̄ ad nonam. ps̄. Supra dorsum meū fabricauerunt peccatoēs plongauerunt iniquitatem sibi. in hoc scz q̄ me diu afflixerūt Magnus erat dolor quia omnia mēbra corpis occupauerat. ps̄. Circūdederunt me dolores mortis. hic p̄sequere quid sustinuerat in capite. in collo. in facie. in oculis. in ore. in manibus ꝙ pedib⁹ ꝙ toto corpore. Magn⁹ erat dolor q̄ xp̄s in passione sua nullum habuit consolatorē. ysa. liij. Circūspexi ꝙ non erat auxiliator quesiui ꝙ nō erat q̄ adiuuaret. multos habuit derisores. ps̄. Omnes videntes me deriserūt me. In omnib⁹ doloribus nullā requiē inuenit. Quō poterat inuenire requiē qui transfixis manib⁹ ꝙ pedib⁹ in cruce pendebat Si mouit se claui leserunt vulnera. si nō mouit se tunc corp⁹ quod erat graue descendebat ad terrā ꝙ similiter claui leserunt vulnera. heu quātus erat dolor cum nec sedere nec iacere nec ambulare posset. ꝛ ita vulneribus suis penderz q̄ in nullo se iuuare possz. Quidā infirmi inueniūt requiē ꝙ mitigacōem doloris vl sedēdo vl iacēdo vl de vno latere ad aliud se mouēdo. nūc cōtrahūt crura ꝙ brachia. nūc extendūt. ꝛ heu xp̄s nullum horz facere potuit. nec poterat ambulare vel sedere vel iacere vel de latere ad latus se vertere vl brachia vel crura cōtrahere. Sed sic manibus ꝙ pedib⁹ in cruce extēsus pependit ꝙ ad hec omnia multas blasphemias audiuit. ió ipse cōqueritur Jhere. xv. Ve mihi ma. me. vt q̄d me ge. virū rixe virū discor. in vniuersa terra omnes maledicēt mihi. ¶Secdo dico q̄ habuit maiorē dolorē de matre Jhere. xlv. Ve mihi misero qz addidit dñs dolorem dolori meo. laborauī cuz gemitu meo q̄si dicerz ad dolorē quē habui in me addidit mihi dolorē in mrē. laborauī penas in me sustinendo cū gēitu meo quē habui hūili mīri opatiēdo. Cogita dolorē

quē habuit xp̄s cum videret matrē suam dilectam gladio doloris transfixā. facie pallescentē. oculis lacrimantē. p̄ tristicia deficientē Bernhardus in persona matris. Ille videns me plus dolebat de me q̄z de se. et hoc ideo q̄ sup dolor erat cicr terminād q̄z mris et fortioris animi erat q̄z mater et q̄ dolor suus erat vtilior. q̄ per eum mundus redempt. diabol⁹ supatus. de⁹ placatus. et q̄ in dolore suo aliquā inuenit consolacōem. s. ex latronis confessiōe. ꝯ mat nullam ꝺsolatōem imo omnē desolacōem inuenit. Jhere. iiij. Vocem quasi pturientis audiui et angustias vt puerpe vox filie syon. i. btē virginis intermoriētis expāndentisq̄z manus suas. Hec est vera lra Ve mihi quia deficit anima mea. intermoriētis hic est vna dictio. et est sensus. Beata virgo sub cruce voces dolorosas fic̄ parturientis emisit manus p̄ doloribus extendit intermoriētis. i. ad modum moriētis deficiēs. ¶ Tercio dico q̄ habuit dolorē maximū de hois ingratitudine Treñ. p̄. Obsecro audite vniuersi populi et videte dolorē meum sc̄z quē habeo ex hoc q̄ homo ingratus est de beneficio passionis mee. ideo sequit. virgines mee et iuuenes mei abierūt in captiuitatē sc̄z diaboli de qua eos redemerā. quasi dicerz. Ego fudi sanguinē meū vt hominē redimerē a potestatē diaboli Sed heu peccatores ꝺtēpta passione iterꝝ subīcit se voluntarie diabolo et q̄ ꝺ in cruce video ideo maximū dolorē habeo. p̄s. Que vtilitas in sanguine meo dū descendero in corruptōem. i. in infernū sc̄z in membris meis. i. peccatorib⁹ qui deberēt esse mēbra mea p caritatis adhesionē Philipp⁹ cancellari⁹ parisiēn. dicit in p̄sona xp̄i Vide o homo quid p te pacior. ad te clamo qui p te morior. vide clauos quib⁹ ꝺfodior. penas quib⁹ afficior cum sit tant⁹ dolor exterior. plāct⁹ tamē interior est grauior q̄ tam ingratū te experior. sic ptz primus principale de doloris intēsiōe. ¶ Secundo dico q̄ in morte christi fuit testamenti ordinatio. ꝯ vnde potuit facere testamentū qui bona hui⁹ mundi non habuit ꝯ adeo paup fuit q̄ nudus pependit in cruce. certe nō de bonis tēpalibus ꝯ de eternis cōdidit testamētū hebreorꝝ. ix. Noui testamenti mediator est vt morte intercedente in redemptōem earuz p̄uaricatōnum que erant sub priori testamēto repromissionē accipiant qui vocati sunt eterne hereditatis. vbi enim testamētū est mors necesse est vt mors intercedat testatoris. Testamentū eni in mortuis confirmatū est Audis q̄ ad hoc quod

testamentū confirmetur necesse est vt mors interueniat. Unde si quis homo condat testamentū prius q̄ mors interueniat pōt mutare illud quādo sibi placz. Si eni mortuus fuerit testamentū non potest mutari. Deus p̄us condiderat testamentū vetus in quo repromisit tempalia. ꝙ quia nondum factus fuerat homo. ideo poterat mutare imo mutauit ꝛ postmodū condidit nouū testamentuz in quo p̄misit eterna ꝛ illud hodie in morte sua cōfirmatū est adō q̄ nunq̄ mutabitur quātūcūq̄ ex parte dei. ꝙ homo potest negligere p̄ peccata Vis scire q̄ firmum sit hoc testamentū. bona eterna in hoc testamento promissa xp̄us mortuus ore expressit. Luce. xxiij. Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiso. Testes exhibuit sup̄. matrē ꝛ iohānem ꝛ materteras suas Johā. xix. Stabant iuxta crucem ihu mater eius ⁊c. Conscribi fecit p̄prio sanguine in proprio corpore. ysa. viij. Sume tibi grandē libruz ꝛ scribe meo stilo hominis Grandis liber fuit corp⁹ christi Stilus hominis fuit lācea militis. huic libro sigillum crucis appensum fuit ꝛ ad sufficiētem cōfirmacionē testamenti xp̄us in cruce mortuus fuit. Noli ergo dubitare de testamento. qz quicq̄d filius p̄misit ratum habz pater et vtiq̄ dabit Rō. viij. Proprio filio non pepcit deus ꝙ p nobis omni b⁹ tradi. illum quomō nō eciā cum illo donauit nobis omnia. Sic patz secundū p̄incipale ¶ Tercio dico q̄ in morte christi fuit inimicoz consolatio. Treñ. p̄. dicit anima christi. Vide domine quoniā tribuloz conturbat⁹ est venter meus subuersuz ést coz meuz in memetipso quoniā amaritudine plena sum foris. exteri⁹ in corpe inēficit gladius do. ꝛ intus in corde mors simil̄ē. quasi diceret. exterius exponis penis corpalibus ꝛ interius ex defectu cordis mors imminet. sequitur. Omnes inimici mei audierunt malū m. domine letati sunt Judei diu desideraverunt mortē christi ꝛ qz modo desideriū adimplebatur. ideo letabātur. ideo dqueritur dom⁹ in psal. Qui tribulant me exul. ſi motus fuero supple de vita in mortem. ' O iudei quid fecistis cum qui ad vestram consolacōem in carnem venerat p̄ multa tormenta tribulastis ꝛ insup occidistis ꝛ in ei⁹ occisione exultastis. sane sicut vos exultastis in eius occisione. sic ipse in die nouissimo exultabit in vestra perdicione. ysaie primo. Heu ego consolaboz super hostibus meis ꝛ vindicaboz de inimicis meis. Et sic p̄z terciū p̄in. de inimicoz dsolacōe. ¶ Quarto dico q̄

in morte christi fuit amicorum desolacio. ꝙuis enī discipuli timorē mortis a christo fugiendo recesserunt. tamen maxime turbati fuerunt de morte eius. O quāta turbacio inerat discipulis cum scirēt illum mortuuz a quo multa bona audierunt. miracula plurima viderant. consolacōes multas habuerant. nec mirū si serui tristabantur de morte domini. discipuli de morte magistri. amici de morte tāti amici. Unde duob⁹ discipulis euntib⁹ in emaus dicitur Lu. xx. Qui sunt hi sermōes quos confertis ad inuicem ambulan. ⁊ estis tristes. ⁊ respondit vn⁹ cui nomen cleophas dixit. tu sol⁹ pegrin⁹ es in iherusalē ⁊ non cognouisti que facta sunt in illa his diēb⁹ Sequitur de iesu nazareno quomō tradi. eum summi sacerdotes ⁊ principes nostri in dam. mortis. hic patz qualiter amici de morte christi desolati fuerunt. sic enī xp̄s p̄dixerat aplis Jo. xvi. mē dico vob qz ploza. ⁊ flebi. vos mund⁹ autē gaude. vos autē contristabiz tristicia vestra vertet in gaudium. hoc impletū est post resurrectōez qñ christo apparēte gauisi sunt discipuli viso domio De desolacōe matris satis habes in sermōe Audite obsecro vniuersi populi. Det nobis xp̄s merito sue mortis ⁊ precibus sue matris vt penas quas p nobis sustinuit iugiter hic in corde habeam⁹ vt in celo secum eternaliter gaudeam⁹ qui est benedict⁹ in secula. Amen.

¶ Item alius sermo de passiōe dñi

Sicut ouis ad occisionē ducetur ⁊ quasi agnus coram tondente se obmutescz ⁊ non aperiet os suum. ysa. liij. In his verbis circa passionē christi duo tāguntur Primū est magnitudo passionis. Secundum est pacientis christi mansuetudo. Primum excitat affectum ad compaciendum. Treñ. p. O vos ōmnes qui transitis. Secundum dat exemplum ad imitandū. p. Pet. secundo. Xp̄us passus est p nobis vobis relinquēs exēplum vt seq̄mini vestigia eius. Primū tangitur cum dicitur. Sicut ouis ad occisionē. Ecce magnitudo passionis. Secundū ibi. Et quasi agnus coram tē. Ecce māsuetudo. ¶ Nota q̄ christus cōpatur agno ꝓpter q̄uor. ꝓpter matris noticiā. ꝓpter ei⁹ innocenciā. ꝓp̄ paciaz. ꝓp̄ immolacōis efficaciam. ¶ Primo dico q̄ xp̄s cōpatur agno ꝓpter mr̄is noticiā. agn⁹ enim dicitur ab agnoscēdo qz matrē p balatuz agnoscit. sic xp̄s in cruce matrē p fletū ⁊ plozatū agnouit Apoc. xiiij. Vidi ⁊ ecce agnus stabat sup mōtem syon. agn⁹ iste est christ⁹

Mons syon ē crux agnus in monte stare est xp̄m in cruce pendere. De hoc monte xp̄s matrē speculabatur q agnouit. ideo dicit syon quasi mulierem. Syon quippe interpretat speculatō Jo. xix. Cū vi disset iesus mr̄em q discipu. stan. quē dili. dicit matri sue. mulier ecce filius tu⁹ Et illud p̄m vnum intellectus pōt hoc mō exponi vt demōstratio sit de ipso. q̄si diceret. Mulier ecce ego filius tu⁹. Mulier dicit quasi mollis aer. mulierē appellat qr eam mollē ad flendū et dolorem aspexit. mulierē appellat qr de ea mollem carnē in q̄ tunc acerbissime torq̄batur assumpsit. Mulier inquit. Ecce filiꝰ tuꝰ. q̄si dicer. cū opa diuina facerē cum aquā in vinum uerterē te mr̄em quasi alienā videbar repellere dicēs. quid mihi q tibi mulier nondum venit hora m. qr potēciam faciēdi miracula a te nō habui nē in cruce pendēs q penas sustinēs. qr hoc a te habeo. te matrē cognosco. Ecce inquit filius tuus. acsi diceret Pater celestis potēciam sbtrahēs q me morti exponēs videt me dereliq̄sse. ido cōpellor ad eum clamare. ps. Deus meꝰ vt quid me dereliquisti. Tu mihi mater assistis. tu mecū fles. tu mihi opateris q in hoc matrē te ostendis. ideo te de monte crucis inspicio q agnosco. O deus eterne da capiti meo aquā q oculis meis fontem lacrimaꝝ vt defleam dolorem quē virgo mater beata habuit cum audiuit vnigenitū q dilectum filiū suum voce rauca q flebili dicētem. Mulier ecce filiꝰ tuus. Sic ergo xp̄s dicit agnus stans in monte syon. i. in cruce matrē agnoscens. ¶ Nota qꝫ crux opatur monti qr instar montis a terra exaltabatur q laboriose ad eam ascēdebat. pluuia salutaris ad vallem eccle irrigādam diffundebat. ¶ Primo dico qꝫ a terra exaltabat. Jo. xij. Ego si exaltatus fuero a terra omnia trahā ad meipsū inquit ab amore ad amorē meū. Per crucē eni homo mūdū otemnit q xp̄o adheret Gal. vi. Mihi autē absit gloriari nisi in cruce domini no. iesu xp̄i p quē mihi mūdꝰ crucifixꝰ est q ego mūdo. q ego inquit si exaltatus fuero a terra. ꝛc. Hoc vtiq; factū est in cruce q̄ iudei exaltauerūt ad maiorē xp̄i contumeliā vt omnes viderēt eum in cruce pendentem q deriderent. Ps. Omnes videntes me deriserunt me. ꝛc. Verūtamen nobis exaltata est hūiliter vt p fidē xp̄m aspiciētes sanemur. istud p̄figuratū est. Nūe. xxi. Vbi cū ppl̄s leveret a serpentibꝰ venenosis dicit dñs ad moysen. Fac tibi serpētem eneum q pone eum pro signo qui percussus fuerit q aspexerit eum

